

A D noſtram. A correptione non appellatur, niſi modus excedatur. Hoc dicit. Dividitur in duas partes. Primo ponit cauſam mandati. Secundo ipſum mandatum ibi, mandamus.

Nota ex textu à correptione Prælati Regularis non dari appellationem. Et pondera rationem in litera expreſſam, quia remedium appellationis non ideò eſt inventum, ut alicui à Religionis, & Ordinis obſervantia exorbitanti, id eſt quali per cæcitatem mentis devianti ſecundum Hoſt. n. 5. debeat in ſua nequitia patrocinium exhibere, concordat c. Reſprehenſibili, ibi: Ne Religioſi cum pro aliquo exceſſu fuerint corrigendi, contra Regularem Prælati ſui, & Capituli diſciplinam appellare præſumant. Et ob eandem rationem non admittitur ſeculatio, c. Cum ſpeciali, ubi id notant Innoc. Hoſt. Joan. Andr. & alii infra eod. gloſſa ſua hic, & Guido pap. n. 2. verſ. Qua de cauſa.

Ceterum etiã hæc Conſtitutio loquitur in Regularibus, tamen inſpecta mente, vendicat ſibi locum etiam in aliis ſubditis, prout illam Doctores committere intelligunt, prout Innoc. poſt princ. Et quod dicimus, inquit, in corrigendis exceſſibus Regularium, idem intelligimus etiam de exceſſibus aliorum ſubditorum, & Hoſt. n. 3. in verſ. A Religioſis, Bald. n. 2. Abb. n. 7. & 8. Alex. de Navo n. 13. & 14. Et propterea in prædicta decretis Reſprehenſibili, dicitur hoc præcipue in Religioſis eſſe obſervandum: quia ſcilicet in eis viget peculiaris ratio propter obedientiam, & Regularis inſtituta. Sed tamen ſuperius ponitur generalis prohibitio, Nec ſubiecti contra diſciplinam Eccleſiaſticam in vocem appellationis erumpant. Concordat cap. Licet, & c. Irrefragabili in princ. ſupra de Offic. Ordin. & c. Pervenit, il. n. infra eod. remedium namque appellationis non ad deſinitivam iniquitatis, ſed ad prædictum innocentem eſt inſtitutum, ut legitur in d. c. Cum ſpeciali, §. Patet, & unaquaque re utendum eſt ad eam uſum, in quem fuit inſtituta, c. In ſententia 22. quaſt. 2. c. Licet, & c. 45. diſt. cum aliis allegatis per gloſſam primam, & Hoſt. in princ. Præterea appellatio inſtituta eſt, ut ſententia in melius reformetur, licet aliquando in deterius ſit, per iudicem ad quem ut dicitur in l. 1. in princ. ff. de appell. & ideò eam per appellationem debeant ſententia in melius reformari, & iniquitas primi iudicis corrigi, non debet ejuſ contrarium operari, arg. l. Legata inſtituta, ff. de adimen. legat. in l. Cantale, §. Fulſan legati, ff. de condit. & demonſtr. & obſervat hic Guido pap. n. 2. Unde hæc Regularum videlicet à correptione legitima non appellari generaliter ponunt hic gloſſa ſua, & Hoſt. ubi ſupra, Joan. Andr. Burr. Cardin. Bald. Abb. & alii omnes in principio.

Declaratur hæc Regula, ut procedat quoad effectum ſuſpenſivum tantum, ut ſatis innuit verba d. c. Irrefragabili de off. Ordin. ibi, Executionem iſtorum nulla conſuetudo, vel appellatio valeat impedire, & apertiùs hodie ſancitum eſt à Tridentina Synodo in c. 1. verſ. Nec appellatio, ſeſſ. 22. de ſaluſ in cap. 10. ſeſſ. 24. ubi, (ut Epifcopi aptius quem regunt populum, poſſint officio, atque obedientia continere, ſtatuitur, ut in omnibus iſis que ad viſitationem, ac morum correptionem ſubditorum ſuorum ſpectant, jus habeant etiam tamquam Sedis Apoſtolicæ delegati ea ordinandi, & exequendi, que illis pro ſubditorum emendatione, & Diœceſis ſuæ utilitate necellaria videbuntur. Nec in hiſ, ubi de viſitatione, & morum correptione agitur exemptio, aut ulla inhibicio, appellatio ſeu querela etiam ad Sedem Apoſtolicam interpoſita, executionem quoquo modo impediat, aut ſuſpendat.)

Sed ad effectum devolutivum bene admittitur appellatio etiam à correptione, ut patet ex alio ejuſdem Conſtituti decreto, nempe ex c. 1. ſeſſ. 13. ubi ſtatuitur, ut in cauſis viſitationis, & correptionis ab Epifcopo, ſeu illius Vicario ante deſinitivam ſententiam ab interlocutoria, vel alio quocumque gravamine non appelletur. Nec Epifcopus ſeu Vicarius appellationi huiusmodi tamquam frivola deferre teneatur, niſi gravamen huiusmodi per deſinitivam ſententiam reparari, niſi ab ipſa deſinitiva appellari non poſſit. Quibus verbis aperte admittitur in cauſis correptionis licere appellare poſt deſinitivam ſententiam, vel antea ſi gravamen illi irreparabile. Hoc autem intelligi debet quo ad effectum devolutivum, non autem ſuſpenſivum, & ita Sacra Congregatio Concilii hoc decretum intellexit, & conciliavit cum prælegatis decretis c. 2. ſeſſ. 22. c. 10. ſeſſ. 24. Nam conſulta an in cauſis viſitationis, & correptionis appellari poſſit poſt deſinitivam: reſpon-

dit poſſe: ita tamen, ut appellatio non ſuſpandat executionem, ut ſancitum eſt c. 10. ſeſſ. 24. & c. 1. ſeſſ. 22. Item conſulta an decretum c. 10. ſeſſ. 24. ſuſtineat appellationem devolutivam: cenſuit non ſuſtineat devolutivam, ſed ſuſpenſivam tantum: Et quamvis Epifcopus id faciat tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus, prout habetur in d. c. cap. 10. tamen cum iurisdictione ſua ordinaria ei etiam ante Concilium competere; non impedire appellationis devolutivam ad Metropolitanum.

Et iterum ſuborta dubitatione an in materia correptionis, ubi Epifcopus etiam ſine proceſſu, & ſine ſcriptis carcerat ſolatos, & tenet diu carceratos, poſſit Metropolitanus cognoscere de exceſſu in corrigendo, ſi carcerati appellaverint ad eum: cenſuit poſſe dummodo interim non impediatur, aut ſuſpendatur executionem eorum que ab Ordinario decreta fuerint.

Ceterum ſi Prælati Regularis excederet modum in corrigendo, tunc liceret ſubdito appellare ad utrumque effectum: & ita procedit text. in c. De priore, infra eod. in c. Super quaſtionem, §. nos autem, ſupr. de off. deleg. ſicut appellatur ab executeore, cum modum excedit, c. quod ad conſultationem in fine, ſupra de re iudic. à quo aliis appellari non poſſit, cap. novit. infra eod. c. Et qui, §. ſunt quorum verſ. Ab executeore 2. 2. q. 6. & notat hic gloſſa ſua. Innoc. in princ. ubi dicit hodie non eſſe differentiam inter Regulares, & alios de inter correptionem, ſeu alium proceſſum, cum ſemper liceat appellare ſi excedat, ſeu gravet per c. Licet, de off. ordin. & c. Inquiſitionis, de accusat. ſequitur Hoſt. n. 3. in verſ. A Religioſis, & n. 6. in verſ. Corrigat, & Bald. n. 2. Unde inferitur, ſi Prælati in cauſa viſitationis, ſeu correptionis procedat ſervata via iudiciali, liceat appellare etiam ad effectum ſuſpenſivum, ut colligitur ex c. Irrefragabili, in princ. ibi, niſi formam in talibus exceſſerint obſervandam, de off. Ordin. & tenent hic Tancred. & Vincen. & poſt eos Io. Andr. n. 6. in gloſſ. ult. ibi, ſuſtinet, ubi dicit poſſe Monachum, ſicut & Clericum appellare, ſi correptione ſua in forma iudicij, & eſt mens gloſſ. ult. hic, & Hoſt. n. 8. dum dicit iudicij à correptione non poſſe appellari, quia ſit ad poenitentiam, & extra formam iudicij: inſuentes per hoc ſecus dicendum eſſe, ſi procedatur ſervato ordine iudicario.

Et hæc ſententiam aliis probavit S. Congregatio Concilii. Conſultit enim Auditor Cameræ, an cum Epifcopi ſervata via iudiciali ſententiam deſinitivam contra delinquentes, habeant locum decreta Concilii de viſitatione loquentia, & præcipue c. 10. ſeſſ. 24. ubi ut appellatio ad effectum ſuſpenſivum nullatenus debeat admitti etiam ſi ſententia lata fuerit ad puniendum delictum blaſphemie, vel adulterii, Sac. Congregatio cenſuit appellatione correcti omniſ morum non comprehendi blaſphemie, & adulterii correptionem, ſeu punitionem, quando Epifcopus iudicialiter proceſſit, cognovit & pronunciavit. Ita omnes excepto Cardinali Carala, quia correptione ultra quod videtur reſpicere tantum ea, que concernunt regulam, & inſtitutum Ordinis, c. Ad noſtram, de app. ubi Abb. Videtur etiam ſentire Concilium c. 1. ſeſſ. 22. ubi exprimitur, quibuscumque criminibus Eccleſiaſticis, tamen requirit etiam aliud, ut ſit extra formam iudicij & ad poenitentiam, gloſſa etiam d. c. Ad noſtram, Anchar. Burr. Imola, Gemin. & Abb. in c. Si quis contra Clericum, in repet. n. 50. & c. Cum contingat n. 39. de foro compet. ubi conſtituit differentiam an Epifcopus procedat correptionaliter, vel iudicialiter, & corrigere eum id quod aliquando tenuit tranſmutare, Card. in Clem. ſi Romanus, in princ. de præben. Archiepiſcopus Florentinus in Summa 2. par. de correptione. Et condonare blaſphemum, vel adulterum eſt punire delictum, non corrigere mores. Et quamvis d. c. 10. utatur ver. puniendi, & hic extra poenitentiam & utatur, etiam verb. iudicata, & ſic etiam in forma iudicij: tamen quia loquitur de viſitatione & correptione, ad viſitationem, & correptionem debent referri. Ideoque ſi Epifcopus in dictis duobus criminibus iudicialiter proceſſit, admittendam eſſe appellationem etiam ad effectum ſuſpenſivum; tamen Cardinalis Moronus dixit agendum cum Sanctiſſimo.

Sanctitas ſua Congregationis ſententiam approbavit, ut ſi Epifcopus iudicialiter proceſſit ad deſinitivam non comprehendatur hic caſus appellatione correptionis morum, & deor appellatio etiam ſuſpenſiva ſedum in prædictis duobus caſibus blaſphemie & adulterii, ſed etiam in omnibus aliis ſimilibus ubicumque Epifcopus iudicialiter proceſſit.

D E



DE APPELLATIONIBUS.

Alexander III.

CAPUT XII.

Super eo: & infra. Sacri Canones, ante & poſt litis conteſtationem, & in prolatione ſententiæ & poſt, ſingulis facultatem tribuunt appellandi: leges autem ſæculares appellationem (niſi in caſibus) ante ſententiam non admittunt. In cauſis quoque Eccleſiaſticis, ubi appellationis remedium tollitur, ſicut appellationi, ita recuſationi, non eſt aliquatenus deferendum. Si autem infra certum tempus lis decidenda committitur, ex tunc terminus incipit currere, cum iudices contigerit literas recepſiſſe.

SUMMARIUM.

- 1 Appellari poteſt ſecundum Canones tam ante, quam poſt litis conteſtationem, in actu prolationis ſententiæ & poſt; ſecundum leges vero poſt ſententiam duntaxat, & n. 16. & ſeq.
- 2 Et ratio differentie triplex aſſignatur.
- 3 Inſtantia cauſarum de jure civili perit triennio, ſed de jure Canonico cauſe inſtant am non habent, & cur. Et quid poſt Concilium Tridentinum, n. 29. in fin.
- 4 Appellari temerè punitur de jure civili, non autem de jure Canonico.
- 5 Appellari poteſt ſecundum Canones etiam extra iudicium, non ſecundum leges.
- 6 Sententia appellatio venit deſinitiva.
- 7 Appellatio remota an, & qualiter intelligatur remota recuſatio, & n. 14. & ſeq.
- 8 Recuſatio iurisdictionis ſuſpedit, ſicut appellatio.
- 9 Terminus iuris aſſignatus in reſcripto ad cauſam deſiniendam currit à tempore præſentationis literarum, & non ante.
- 10 Quod procedit quoad exercitium iurisdictionis, non autem quoad vires reſcripti.
- 11 Non procedit ſi tempus fuerit limitatum per numerum dierum, hebdomadarum, menſium, vel annorum. Secus ſi ad certum diem.
- 12 Et ſi aſſignatione per numerum menſium, quot dies ſunt computandi.
- 13 Et an dies aſſignationis computentur in termino, remiſſio.
- 14 Executor poteſt recuſari, & tamen ab eo appellari non poteſt, niſi excedat ſine mandato.
- 15 Claſſula, appellatio remota, quid operetur.
- 16 Appellari poteſt poſt ſententiam deſinitivam, etiam nullà cauſà expreſſâ & ſufficit dicere, Appello.
- 17 Quod procedit etiam in cauſis electionum, licet in hiſ tunc ſit cauſam exprimeret.
- 18 Item procedit etiam in appellatione, qua fit à iudice extra iudicium.
- 19 Et quid in appellatione extrajudiciali qua fit à parte contra partem, remiſſio, n. 20.
- 20 Appellatio à deſinitiva cum expreſſione cauſa manifeſtè frivola non tenet.
- 21 Appellari non poteſt à deſinitiva niſi gravet.
- 22 Sufficit tamen quæcumque gravamen modicum.
- 23 In appellationibus recipiendis à deſinitiva, & inhibicionibus decernendis ſervari debet forma c. Romana, de appell. lib. 6. & Decretum S. Congregationis Epifcoporum.
- 24 Appellatio admittitur ſecundum Canones ab interlocutoria, vel gravamine aliquo, dummodo concurrant decem que hic exprimentur.
- 25 Appellatio ſub conditione quatenus propoſita petitio non admittatur, non valet.
- 26 Appellari poteſt ab interlocutoria de jure civili, quando Pagan. in l. Lib. Decretal.

- non exceptata alia ſententia deſinitiva.
- Item à gravamine quod per deſinitivam vel per appellationem à deſinitiva reparari non poteſt, num. 28.
- 27 A ſententia qua quis pronunſiat ſe iudicem incompetentem: appellari poteſt etiam ſecundum leges.
- 29 Appellatio ab interlocutoria vel alio gravamine ante deſinitivam in quibus caſibus admittatur ex Concilio Tridentino & num. ſeq. uſque ad num. 51.
- 30 Appellari poteſt poſt ſententiam deſinitivam, etiam in cauſis viſitationis & correptionis: ſed ad effectum devolutivum tantum, non ſuſpenſivum, niſi gravamen ſit irreparabile.
- 31 Sententia deſinitiva.
- 32 Et qua ſententia quaſi deſinitiva & num. 34.
- 33 Sententia lata ſuper poſſeſſorio dicitur quaſi deſinitiva.
- 35 Appellatio à deſinitiva in multis caſibus non admittitur.
- 36 Metropolitanus non poteſt cognoscere de gravamine ante deſinitivam, nec ſimpliciter mandare ut ſibi tranſmittatur copia proceſſus expenſis appellantis.
- 37 Appellari poteſt à gravamine etiam irreparabili, quando iudex extrajudicialiter procedendo gravat partes.
- 38 Sententia interlocutoria, qua dicitur.
- 39 Tortura inferri gravamen irreparabile; & ideò ab illius comminatione datur appellatio.
- 40 Carcer inferri onus & gravamen continuum; & nunquam tranſiſſi tempus appellandi à gravamine carcerationis.
- 41 Carcer regulariter inſtitutus eſt ad caſtrodium & locus Sanctus eſt.
- 42 Carceratus etiam caſtrodium cauſa dicitur luere panem in corpore.
- 43 Carcer inſamiam irrogat & damnus irreparabile & num. ſequenti.
- 44 Appellationi ab indebita carceratione Ordinarius tenetur deferre & proceſſum tranſmittere ad Metropolitanum: reo tamen interim manente in carceribus.
- 45 Iudex appellantis, juſtificato gravamine ante deſinitivam: an debeat principalem cauſam remittere ad Ordinarium.
- 46 Cenſura Eccleſiaſtica trahit ſecum executionem & ab ipſa appellatur ad effectum devolutivum tantum, non ſuſpenſivum.
- 47 Sed à comminata cenſura datur appellatio ad utrumque effectum.
- 48 Sententia excommunicationis eſt potiùs interlocutoria quam deſinitiva, ibidem.
- 48 Appellatio in iudicio non admittitur à futuro gravamine niſi illud ſit irreparabile.
- 49 Citatus ad dicendam cauſam, quare non debeat excommunicari: poteſt appellare.
- 50 Secus ſi citetur ad dicendam cauſam, quare non debeat declarari excommunicatus.
- 51 Appellari an poſſit viva voce, dum ſententia excommunicationis proferatur, & num. ſequenti.
- 52 Actus Spiritualis eſt penetrabilior quam actus humanus.

Y a

SUMMARIUM.

- 1 Appellationi interposita ad Papam non deferens mittitur cum litteris Ordinarii, ad Curiam puniendus.
- 2 Subditus potest Praelatum suum propter ejus excessus manifestos appellare ad Superiorem.
- 3 Appellari potest ad correctionem Praelati Regularis si sit manifestus criminiosus.
- Contrarium, num. 5.
- 4 Praelatus notorie criminiosus non potest subditum corrigere. Contrarium num. 5.
- 5 Praelatus quantumcumque notorie criminiosus & irregularis ante depositionem potest jurisdictionem in subditis exercere.
- 6 Notabilis, id est infamis redditur quis propter delicta & malos mores & num. seq.
- 7 Pena potest se habere ad bonum & ad malum.
- 8 Appellationi etiam extrajudiciali non deferens, puniendus est.
- 9 Si appellatio sit iusta & rationabilis, alius secus.
- 10 Index peccat deferendo appellationi manifeste frivole.
- 11 Et quid in appellatione ad interlocutoria.
- 12 Appellatio in dubio praesumitur iusta, etque est deferendum.
- 13 Appellatio ad correctionem morum non admittitur, & num. 28. 29. & 34.
- 14 Nisi Praelatus etiam Regularis modum excedat in corrigendo.
- 15 Auditor Camera an in Causis Regularium possit concedere monitoria & inhibitiones & cum quibus clausulas distinguatur & num. seq. usque in fin.
- 16 Quid in causis Regularium Episcopi subditorum. Et quid in causis Ordinariis qua vertuntur inter diversas Religiones, num. 20. Et quid in causis inter Regulares & seculares sive Clericos, sive laicos, num. 21. Et quid in causis Praelatorum Regularium Sedi Apostolicae immediatè subditorum, num. 22. Et quid si agatur de debito salario vel contractu in Curia inito, num. 23. Et quid si agatur de executione litterarum Apostolicarum vel decretorum sacrorum Congregationum num. 24. Et quid si rei sponte se constituant in carceribus num. 26. Et quid in criminibus atrocioribus num. 27. Et quid si agatur de Regularium disciplina & morum correctione; num. 28.
- 17 Appellari potest vel ad Metropolitanum, vel ad Papam omisso medio à sententia per Ordinarios latis in causis Regularium sibi subditorum & num. 27.
- 18 Appellari non potest de jure civili ad Imperatorem omisso medio sed gradatim est procedendum.

De Priore. Legitur quatuor modis, ut hic per Abbatem num. 2. in fin. vers. in gl. 1. sed communiter sic sumatur. Qui non dicitur appellati interposita ad Papam mittitur cum litteris Ordinarii ad Curiam puniendus. Hoc dicit.

Notandum ibi, Priorem propter has enormitates manifestas.

Secundum intellectum Innocentii, quod subditus potest Praelatum suum propter ejus excessus manifestos appellare ad Superiorem: & hujusmodi appellatio est quaedam provocatio ad causam ut in cap. Cum sit Romana sub eod. dicitur Abb. & Alex. de Nervo hic in 1. not. de hoc mirandum non esse quia subditus potest accusare Praelatum suum & ejus crimen denuntiare Superiori, ut cap. Licet Heli, de summa, cap. Ex parte & cap. Veniens de accus. Unde eodem modo potest eum provocare ad causam. Interest enim casualiter subditum habere bonum Praelatum, cap. Audacter, & cap. Qualis 8. quæst. 1.

Secundò nota in eisdem verbis, Propter suas enormitates manifestas. Secundum intellectum Joan. Andr. in cap. 1. n. 9. ad fin. vers. Dicit autem de censib. lib. 6. Host. & Joan. Andr. in cap. Licet in corrigendis sup. de Offic. Ordinari. quod ubi Praelatus etiam Regularis est notorie & manifeste criminiosus, si corrigat subditos, potest ab ejus correctione appellari, dicendo. Amice ejus tradem de oculis tuo: nam ex quo notorie est criminiosus vel famosus, non potest illum corrigere, cap. Judicet, 3. quæst. 7. secundum eos. Sed in contrario est veritas, quia Praelatus quantumcumque notorie criminiosus ante depositionem potest jurisdictionem in subditos exercere etiam si sit irregularis ex homicidio, ut est text. notabilis in cap. Veritatis sup. de dolo & contum. & tenet gloss. in cap. Cum non liceat in ver. Recedere sup. de prescrip. Inno. in cap. Sacerdatus, num. 9. sup. de reser. & ibi DD. & in cap. Nonne 8. qu. 2. Unde merito praedictam lectionem reprobat hic Abb. n. 5. Franc. col. 2. n. fin. vers. Sed advertit. Præp. num. 2. vers. Sed in contrarium

- 19 Auditor Camera est Index appellationum, quæ à sententiis quorumcumque Ordinariarum ad Sedem Apostolicam devolvuntur & num. 36.
- 20 Congregatio Episcoporum & Regularium cognoscit causas vertentes inter diversas Religiones, dummodo formam judicariam non requirant.
- 21 Causæ inter Regulares & Seculares, sive Clericos, sive laicos, à quibus sint cognoscende.
- 22 Causas Praelatorum Regularium Sedi Apostolicae immediatè subditorum cognoscere possunt tam Legati & Nuntii Apostolici, quam Auditor Camera & inter eos est locus praesentium.
- 23 Curiales etiam Regulares pro debitis & contractibus in Curia initi; & pro salario conventi possunt coram Audire Camera.
- 24 Auditor Camera pro executione litterarum Apostolicarum & Decretorum seu Declarationum Congregationum dat monitoria etiam in causis & negotiis Regularium. Et quid in hoc fuerit provisum pro Congregationem à Sanctissimo deputatam, num. 25.
- 26 Monitoria pro executione litterarum, Apostolicarum & c. in negotiis Regularium qualiter ab Audire Camera sint concedenda.
- 28 Monachorum etiam Episcopo subditorum correctio spectat ad Abbatem.
- 29 Appellatio non admittitur ubi de Regulari disciplina, & morum correctione agitur, nisi adit excessus.
- 30 Auditor Camera an possit procedere in prima instantia in causis Ordinariis tam civilibus quam criminalibus inter Religiosos ejusdem Ordinis. Et quid in gradu appellationis, num. 36. & seq. usque in fine.
- 31 Auditor Camera potest cognoscere de excessibus exemptarum privativè quoad omnes.
- 32 Declaratur si exempti sint Sedi Apostolicae immediatè subditi & alium Judicem non habent.
- 33 Causæ inter Religiosos ab illorum Superioribus sunt terminanda juxta quorumcumque Religionum Institutum.
- 34 Auditor Camera prohibet quidquam decernere, quod locorum Ordinarios impedire possit ne ad executionem Decretorum Concilii Trid. & correctionem morum liberè procedant.
- 35 Et ejus facultates limitantur, ut non obviat Concilii Decretis.
- 37 Provinciales sunt Ordinarii in Provincia & comparantur Praelatis habentibus quasi Episcopalem jurisdictionem.

Alex. de Nervo, num. 29. & Dec. num. 10. vers. Sed iste intellectus reprobat communiter. Nec obstat dist. c. Judicet 3. quæst. 7. quia non loquitur de potestate judiciali excoecanda; sed quoad meritum vite & damnationem Praelati, qui magis delinquit corrigendo alium & non se, sed nihilominus potest corrigere secundum Abbatem & alios parralelos.

Tertiò notà ibi, Quis ipsam notabilem reddunt. Delicta 6 & malos mores reddere quem notabilem, id est infamem. Unde exponit text. ibi notabilem, id est infamem notatum: fama enim potest se habere ad bonum & ad malum, ut in lege Capitalium, §. Famosos, ff. de pun. & per Bart. in l. de minore, §. Plurium n. 5. ff. de quæst. ita & hoc ver. 7. Notabilis, quia potest referri ad virum moribus & origine generosum & ad virum criminibus infectum; quia ille reddit se notum ex bonis operibus, hic vero ex pravis, ut in text. & in cap. Ex parte. A ibi, Infamis & notabilis ad testimonium dicitur produxisse, sup. de testib. & ita exponunt hanc litteram Host. ante num. 1. in ver. Notabilem. Joan. Andr. num. 1. Abb. Alexand. de Nervo, in 2. notab.

Quartò nota textum, non deferentem appellationi etiam extrajudiciali esse puniendum, ut hic patet & notant Abbas num. 2. Franc. in 1. notab. Præp. num. 2. in fin. vers. Et idè intelligit, Dec. num. 6. Alex. de Nervo in ult. not. Quod verum est si appellatio sit iusta & ex rationabili causa, & interposita; secus verò si iniusta sit aut frivola ut hic probatur ibi, ipse tali & contrario sensu: nam ex quo punitur hic non deferens appellatiōni iustæ: Ergo illi iniusta est appellatio non deferens non punitur, ut distinguit Bald. in l. Judicibus, num. 1. cod. de appell. Abbas & alii proxime citati. Qui imò peccat deferendo, qui declaratio hujusmodi est interlocutoria, quæ debet esse iusta. Si ergo appellatio est manifeste frivola, peccat Judex eam admittendo: facit text. in c. 1. de re judic. lib. 6. Et quemadmodum peccat non deferendo appellationi iustæ, ita peccat deferendo iniuste, cum contrarium eadem sit disciplina, c. Hospiti-

- 17 c. Cum dilectus, & ibi dixi n. 1. & 12. inf. de Relig. domib. Nam si in eorum causis ordinariis Episcopus pronuntia-verit; à tali sententia potest appellari, vel ad Metropolitanum, c. Licet in corrigendis de off. Ordinari. vel ad Papam omisso medio, c. Ad Metropolitanum, 2. q. 7. c. Ad Romanam 1. & 2. c. Si quis, 2. q. 6. gloss. 1. in c. Si dicitur supra eod. Licet de jure civili non possit immediatè appellari ad Imperatorem, sed gradatim sit procedendum, 1. Imperatores, ff. de appell. Gemini. conf. 73. Quia subditus ter n. 2. ita si appellatur ad Papam potest procedere, & inhibitiones concedere Auditor Camere, qui est iudex or-
- 18 appellari ad Imperatorem, sed gradatim sit procedendum, 1. Imperatores, ff. de appell. Gemini. conf. 73. Quia subditus
- 19 ter n. 2. ita si appellatur ad Papam potest procedere, & inhibitiones concedere Auditor Camere, qui est iudex or-
- 20 dinarius appellationum, quæ à sententiis per quoscumque Ordinarios latis etiam extra statum Ecclesiasticum ad Sedem Apostolicam interponuntur, ut in Bulla 28. Pauli V. Ad eximia fidelitatis, §. 10. in Bullar. tom. 3. pag. 212.
- 21 hoc procedere in appellatione à definitiva; quia non peccat Judex illi non deferendo nisi à die inhibitionis factæ per Judicem ad quem c. Non solum & c. Romana, §. Quid si obiciatur, eod. tit. lib. 6. & notat Ang. in l. Quoniam Judices n. 4. cod. de appell. In dubio tamen appellatio potius est deferendum, quia praesumitur iusta gloss. notabilis in l. 1. in ver. Locupletorem cod. si advers. credit. Specul. eod. tit. §. Nunc dicamus post medium vers. Vincentius dixit, Arch. in c. Si à jud. n. 1. vers. Nota tamen quid ubi dubium est, eod. tit. lib. 6. Franc. hic col. 1. in fin. vers. Et idè à quo Alex. de Nervo n. 14. Præp. n. 3. in fin. vers. In dub. tamen & adde quod scripsi in c. Passoralis, num. 25. inf. eod.
- 22 In gloss. prima nota bene intellectum gloss. nam the Prior fecerat spoliari Canonice Regularium sibi subiectum usque ad interlulum, & sic excessit modum in corrigendo: unde Canonici à tali excessu appellavit ad Papam, & quia Prior non obstante appellatione proceffit enormiter contra eum, Papa mandat Priorem ad Curiam vocari de tanto excessu factiaturum. Et ita casum hic formant Bernardus, Baldus & alii; & colligitur hic intellectus ex antiqua, nam, ut dicit Abb. Antiqu. n. 1. In antiqua continebatur, quod usque ad effusionem sanguinis iste Canonice fuit verberatus & castigatus; & ob hoc appellaverat: & verba antiquæ sunt infatigata, videlicet, de Priore, qui non deferens protectioni nostræ, & appellatiōni ad Sedem Apostolicam factæ, quemdam Canonice suum vestibus fecit omnibus usque ad conspiciam spoliari & aculeationi; & appellationi renuntiare cogit, quæ de ius & quorundam fratrum enonimantibus murmuravit, referuntur integra ab Anton. Auguolino in 2. Collect. Decret. lib. 2. tit. 19. c. 3. & ex hac lectura, & ex textu colligitur notabiliter, quod est à correctione non appellatur, c. Ad nostra, & c. Reprehensibilis, ut ult. respon. sup. eod. & c. Cum specialis, in fin. inf. eod. & patet ex antiqua, ut praefertur, relata ab Anton. Auguolino, ut dicitur: Sacrosanctam Romanam Ecclesiam non confuevit hujusmodi appellationem admittere, ne Monachis, vel Canonice Regularibus prebeatur audacia delinquendi; & ex Concilio Trid. sess. 13. c. 1. vers. in causis visitationis, & correctionis, sess. 22. c. 1. in fin. Tamen si Praelatus etiam Regularis modum excesserit in corrigendo, bene admittitur appellatio, & tenetur Praelatus hujusmodi appellationi deferre, alias punitur, ut hic est textus, qui ad hoc quotidie à Doctoribus allegatur: & notat gloss. 1. Abb. Antiquus n. 1. Host. eod. n. Jo. Andr. n. 4. Butr. n. 6. & plerique alii, Calder. conf. 209. in pr. alid 3. de appellat. vers. Sed praedicta sunt vera, concordat textus in c. Licet in corrigendis, & ibi notat gloss. ult. sup. de off. Ordinari. & in c. sequenti circa pr. ibi: Nisi formam in talibus excesserint, & in c. Universitatis inf. de sent. excomm. & hoc casu Regularis Episcopo subiectus potest ad illius sententia appellare, vel ad Metropolitanum, ut est casus in d. c. Licet in corrigendis, vel ad Papam, ut hic est expressum.
- 23 Ex facto quæritum est, An in causis Regularium concedenda sint monitoria, & inhibitiones à Tribunali Auditoris Camere vel Commissionis à Signatura Justitiae: & quatenus concedenda, quomodo & cum quibus clausulis.
- Die 5. Aprilis 1650. In Congregatione Cardinalium; & Praelatorum super appellationibus, & inhibitionibus Tribunalis Auditoris Camere, & aliorum Tribunalium Curie Romanæ à san. mem. Urbano VIII. deputata; & à Sanctiss. D. N. Innocentio X. nunc renovata conceptum fuit dictum ut supra propositum per manus transmissum, & in sequenti Congregatione discutendum. Pro casu faciliiori solutione Congregatione discutendum. Pro casu faciliiori solutione Congregatione discutendum.
- 24 videtur excludendi aliquot casus non dubii, in quibus Auditor Camere potest concedere monitoria, & inhibitiones in causis, & negotiis Regularium.
- Primus casus non dubius est in Regularibus Monasteriorum Episcopis subditorum, prout sunt plures Abbates; & Monasteria in Germania, Belgio & Polonia, in Congregationem non redacta, quæ nulla potuerunt prerogativa exemptionis, sed Episcopi Diocesanis sunt subiecta quemadmodum erant Monasteria omnia de jure veteri, c. Si quis Abbas, & c. Abates 18. q. 2. c. Qui vult, in fin. 16. q. 1.
- 25 c. Cum dilectus, & ibi dixi n. 1. & 12. inf. de Relig. domib. Nam si in eorum causis ordinariis Episcopus pronuntia-verit; à tali sententia potest appellari, vel ad Metropolitanum, c. Licet in corrigendis de off. Ordinari. vel ad Papam omisso medio, c. Ad Metropolitanum, 2. q. 7. c. Ad Romanam 1. & 2. c. Si quis, 2. q. 6. gloss. 1. in c. Si dicitur supra eod. Licet de jure civili non possit immediatè appellari ad Imperatorem, sed gradatim sit procedendum, 1. Imperatores, ff. de appell. Gemini. conf. 73. Quia subditus
- 26 ter n. 2. ita si appellatur ad Papam potest procedere, & inhibitiones concedere Auditor Camere, qui est iudex or-

dinarius appellationum, quæ à sententiis per quoscumque Ordinarios latis etiam extra statum Ecclesiasticum ad Sedem Apostolicam interponuntur, ut in Bulla 28. Pauli V. Ad eximia fidelitatis, §. 10. in Bullar. tom. 3. pag. 212.

Secundus casus in dubio non dubius est in causis ordinariis, & talam judicariam requiruntibus, quæ vertuntur inter diversas Religiones: nam S. Congregatio Episcoporum, & Regularium in hujusmodi causis se non ingerit, cum in Bulla Sixti V. super institutione Congregationis Regularium, §. statum hic pro formalia verba, audiantur itidem, ac decedant praedicti Cardinales causas, & controversias inter praedictos Ordines vertentes in universum, sive ratione particularium locorum, dummodo formam judicariam non requirant, in Bullar. to. 2. pag. 615. Quare in causis praedictis una Religio convenienda erit coram suo Conservatore si illum habeat; alioquin coram loci Ordinario ad praescriptum Constitutionis Gregorii XV. de exemptorum privilegiis, & Auditor Camere erit iudex competens in causa appellationis ad Sedem Apostolicam interpositæ à sententia per Conservatorem, vel Ordinarium lata, ut in d. §. 10. Bullæ Pauli V.

Tertius casus non dubius est cum lis, & causa vertatur inter Regulares & Seculares, sive Clericos, sive Laicos: nam si Regulares sint, conveniendi sunt coram suo Conservatore, vel Ordinario; ut dictum est in casu precedenti: si vero sint actores, & agant contra laicum, tenentur sequi forum rei: c. Si Clericus Laicum, de foro compet. & tunc extra statum Ecclesiasticum à sententia iudicis Laici appellatur ad superiores iudices laicos gradatim, ut in d. l. Imperatores, ff. de appell. non autem ad Curiam, seu ad Auditorem Camere; sed in statu Ecclesiastico potest appellari ad Sedem ex dicta Bulla 28. Pauli V. §. 10. Si vero reus sit Clericus, conveniendus erit coram suo Ordinario in prima instantia, ut in Concilio Trid. sess. 24. c. 20. & in secunda instantia appellari poterit, omisso medio, ad Papam, ut dictum est supra n. 17. & in utroque casu in gradu appellationis ad Sedem interpositæ Auditor Camere est iudex competens ex d. §. 10.

Quartus casus similiter non dubius est in causis Praelatorum Regularium, qui generalibus Capitulis, aut Episcopis non subdunt, nec suos habent Ordinarios Regulares visitatores, sed sub immediata Sedi Apostolicæ protectione existunt, de quibus in Conc. Trid. c. 8. sess. 25. de Regul. Has enim causas in prima instantia cognoscere possunt tam Legati & Nuntii Apostolici, quam ipse Auditor Camere, tanquam iudex ordinarius exemptorum, ut in d. Bulla 28. Pauli V. §. 12. & quamvis in hoc casu facultatem habeat privativè quoad omnes, ut ibi disponitur, tamen in his procedunt etiam Legati, & Nuntii ex speciali facultate quam habent à Sede Apostolica, ideòque inter eos, & Auditorem Camere, cum jurisdictione sit cumulativa, est locus praesentium, arg. c. Praesentibus, de iur. compet. cum concordant. de quibus ibi in gloss. 1. & c. Cum sit generale, cum ibi notatis per Abbatem, DD. cod. tit. & notat Paul. de Castro in l. Si quis in hoc genit. n. 4. vers. Item nota, c. de Episc. & Cler. & in Monitoriis apponenda esse clausula, quatenus lis non pendat; alioquin praesentes litteræ minime suffragentur. Quod si Legati, vel Nuntii in causa praesentibus, ab eorum sententiis appellatur ad Sedem Apostolicam, & in secunda instantia Auditor Camere erit iudex competens iuxta suas facultates.

Quintus casus pariter non dubius, est cum agitur de debitis in Curia contractis, aut de salario seu contractu in ipsa inito: nam Auditor Camere potest citare & monere ad satisfaciendum Curiales, Ecclesiasticos seculares vel Regularium etiam ab ipsa Curia absentes pro quibusvis rebus, & pecuniarum summis ad instantiam quorumvis etiam absentium, ut diversis verbis cavetur in eadem Bulla §. 16.

Sextus casus adhuc non dubius est ubi agitur de executione litterarum Apostolicarum, vel decretorum seu declarationum Congregationum; quia Auditor Camere pro hujusmodi executione dat monitoria etiam in causis & negotiis Regularium ex ead. Bulla 28. Pauli V. §. 14. & expediat ut hanc facultas ei conservetur, quia favorabilis est Religiosis, quæ hoc praedio se tenent adversus eos, qui eorum privilegia convellerent, aut ledere moluntur. Hinc tamen in diversis occasionibus multa inconvenientia, quia cum Religiones ferè omnes habeant Constitutiones à Sede Apostolica confirmatas, & innumera quæ privilegia & monitoria concedantur in genere contra quoscumque nullaque expressa causa inde sit, ut nullum sit negotium, in quo protractu executionis alicuius statuti vel privilegii, aut declarationis etiam in paribus ultionem praesentia fuerint monitoria non sine gravi turbatione, & scandalo. Ex tempore etiam Ordinaris, & Nuntii manus ligatæ fuerunt in causis in eorum Tribunali pendentibus, & in calculo ferende sententiae. Quare provisum est expedire, ut de cetero pro executione hujusmodi non detur moni-

quæ; & quia sic restituit facultatem appellandi; propterea causis Ecclesiasticis instantiam biennii præfixit in eo d. c. 20. in pr. ad quod vide quæ dixi supra n. 3.

30 Ex quibus decretis colligitur in iudicio posse in universum appellari in quatuor casibus duntaxat. Primum scilicet a sententia definitiva, ut in d. c. 20. quod procedit etiam in causa visitationis & correctionis d. c. 3. §. 13. licet in his appellatio executionem non suspendat, ut statuitur in e. 1. in fin. §. 22. & in e. 10. §. 24. & ita in causis prædictis post definitivam sententiam admittitur appellatio devolutiva, sed non suspensiva, nisi gravamen esset irreparabile, quia tunc liceret appellare ad utrumque effectum, ut declaravit S. Congreg. eisdem Concilii interpret. Dicitur autem sententia definitiva quæ principali questioni finem imponit, ut definit gloss. in Clem. an. in ver. Definitiva, de seq. vest. §. 1. & fruct. post Specul. in tit. de sent. pro. col. 1. vel quæ finem imponit toti causæ in iudicio deductæ, secundum Abb. in Rub. de sent. & re jud. num. 4. in fin. sed magis placet definitio gl. quia quando pronuntiantur super aliquo articulo super quo facta fuit principalis petitio, sententia dicitur definitiva, licet finem toti causæ non imponat, ut ex Bart. accurate deducit Imol. in l. 1. §. fin. col. ult. ff. de prat. stip. & sequitur Fel. in Rub. de sent. de re jud. num. 2. ver. Et adde. Idem tenet Bald. conf. 378. Pro parte cuiusdam in pr. lib. 1. & Romanus conf. 317. dicitur in prin.

32 Secundo appellari potest ex Concilio a sententia habente vim definitive, quæ ab aliis appellatur quasi definitiva, ut colligitur ex gl. magna in c. Consultationibus, post medium vers. Quasi definitiva procederet, sup. de off. de leg. & notat Abb. loc. cit. n. 6. ver. Reperitur quedam quasi definitiva, qualis est sententia lata super possessorio: nam habito respectu quod potest deinde intentari peritorium, non dicitur ex toto definitiva. Unde sententia quasi definitiva generaliter illa dici potest, quæ expectat aliam definitivam post se, ut notat gl. in Clem. ult. in ver. Repulsione, post med. ver. Item si sententia sup. remissorio de ap. & ita in hoc a. casu à pari procedunt Conc. & Jur. civ.

Tertio appellatur ex Conc. ad interlocutoria, vel alio quocumque gravamine quando gravamen huiusmodi per definitivam sententiam reparari non potest, ut in d. c. 1. in fin. ver. Nisi gravamen, §. 13. & d. c. 20. post per. §. 24. quod etiam licet secundum leges, ut dictum est supra in 2. reg. n. 28. Exempla gravaminum huius generis habebis inf. n. 39. & seq.

35 Quarto ex Conc. appellari potest ab interlocutoria quocumque à sententia definitiva appellari non potest, ut exprèsse habetur in d. c. 1. in fin. puta à sententia super maleficio de notorio crimine, vel de quo quis in iudicio confessus extitit, juxta text. in c. Romana §. Si autem inf. eod. l. 6. & in quâ pluribus aliis casibus, quos ad num. 4. post Spec. in 2. de appel. recenset Marant. in ult. par. Specul. & de hic quartus casus coincidit cum illo, qui ponitur in d. c. 20. §. 24. videlicet quando gravamen per appellationem à definitiva reparari non potest: nam ubi ab ipsa definitiva non potest appellari, utique non potest reparari gravamen per appellationem ab ipsa definitiva ut ex se patet. Unde hoc casu admittitur appellatio ex utroque decreto Concilii Trid. sicut admittitur de Jure civili, ut firmatum est sup. eod. 2. reg. Extra hos casus ab interlocutoria, vel quovis alio gravamine ante definitivam sententiam hodie in iudicio appellare non licet, quemadmodum licebat de Jure veteri; atque ita hæc Decretalis & c. Cordi, inf. eod. lib. 6. cum concordant. juxta. in 1. not. quatenus permittunt appellationem ante definitivam à quocumque gravamine, hodie modificata & restricta sunt à Concilio & redacta ad terminos

36 Juri civilis ex rationabilibus causis in præallegato c. 1. re-ratis. Unde Metropolitanus ex S. Congregationis sententia non potest cognoscere de gravamine ante definitivam, nec potest ad effectum prædictum absque ulla inhibitione mandare simpliciter, ut sibi transmittatur copia processus expensis appellantis.

37 Hæc vendicant sibi locum, ut prædixi in appellationibus, quæ interponuntur in iudicio, alias secus ut alias S. Congregatio declaravit: nam proposito dubio an decretum Concilii in §. 24. c. 20. in pr. locum habeat quando Ordinarius extrajudicialiter procedendo gravat partes, adde ut non liceat paribus à tali actu extrajudiciali ad alios Superiores iudices appellare, seu reclamare, quatenus id jus permittat; sed omnino causa gravaminis in prima instantia coram eodem Ordinario cognosci debeat. Responsum est, hoc casu non habere locum decretum Concilii. Unde jura, quæ permittunt appellationem extra iudicium à quocumque gravamine etiam reparabit per definitivam sententiam, ut in d. c. 20. §. 24. in hoc non sunt correctæ à Conc. sed in ea tantum parte, in qua conceduntur posse appellari ab interl. vel alio gravamine judicialiter illato, est autem sententia interlocutoria, quæ inter principium & finem causæ tenet

super his quæ incidunt, vel emergunt, ut definit gl. in Cl. 1. in ver. Definitiva de sequenti. post. & fruct. & dicitur interlocutoria vel quia iudex causam non definit; sed interloquitur inter principium & finem; vel quia inter partes loquendo sine solemnitate scripturæ pronuntiat, ut post Gloss. inquit Host. in summ. h. 1. §. 2. in pr. Plenè Ant. de Butr. conf. 6. per totum & Abb. in Rub. de sent. & re jud. num. 6. vers. Interl. est. sed de hac & aliis definitionibus interlocutorie & de ratione dignoscendi an sententia sit interlocutoria, vel definitiva vide plenè per Fel. in d. Rub. de sent. & re jud. n. 2. Alex. Jal. & Doct. in Rub. & in l. Quod iussit, de re jud.

Ex conclusionibus ut sup. firmatis inferitur primum, ut à decreto torturæ, vel illius comminatione ex Conc. Trid. 39 detur appellatio ad utrumque effectum, sicut datur de Jure civili, ut text. notat. in l. 2. ff. de appel. recip. ubi si iudex interloquitur aliquem esse torquendum, admittitur appellatio; nempe quia gravamen huiusmodi postea reparari non potest per appellationem à sententia definitiva & ita ibi notant Bart. & omnes Franc. hic num. 2. not. & alii communiter, Nav. conf. 2. n. 2. de appel. ubi tenet jus civile in hoc concordare cum dispositione Concilii.

Inferitur secundum, ut ob eandem rationem detur appellatio ab indebita incarceratione, quia scilicet cum gravamen illarum coheret persone, postea reparari non potest: Carcer enim dicitur mala mansio, ut ex textu cum gl. in l. Si amineat, ff. Depositi & in l. Apud Laborem, ff. Qu. ff. de rejar. & gravior pena est in Carcere detineri, quam laborare in agro seu in opere publico, ut probat text. in l. An servorum, ff. de pign. & ibi notat gl. 2. Imò carcer dicitur species servitutis in l. 1. §. 2. ff. de liter. hom. ex-litendo, & species tormentorum, ut notatur in Cl. 1. de her. & per Bald. in l. Si Clericus: n. 1. Cod. de Epif. audita. Non igitur mirum ut sicut à decreto torturæ, ita & à captura persone detur appellatio, prout concludit ibi Bald. & seq. hic Abb. n. 3. Franc. in 2. not. & Præp. n. 7. Guidop. des. 236. ubi dicit onus & gravamen. continuatur inferri ex incarceratione, ideoque nunquam transire tempus appellandi à gravamine incarcerationis, & temper posse appellari.

Non obstat, quod carcer sit regulariter ordinatus ad custodiam, non autem ad poenam, ut l. Aut damnus, §. Solut. ff. de pan. ideoque locus sanctus sit, sicut muri Civitatis, l. Sacra, §. Proprie & l. fin. ff. de rer. divif. Raph. Cuman. conf. 106. Casus talis est in fin. quoniam id verum est inspecta principali intentione, sed nihilominus poenam inferri secundario, quia detentus in carcere enim custodius causa dicitur luere poenam in corpore, ut notat And. in l. Si quis, id quod, ff. de juri. om. jud. & quoniam relaxari possit, tamen incurrit aliquam infamiam notam & damnam ex toto irreparabile, ut tradit Al. conf. 17. Requis. col. 3. n. 7. lib. 1.

Demum hæc sententiam aliis probavit Cælia: nam cum Episc. Brand. inter cetera consuluisset S. Cong. Concilii, 44 an quod decreto Conc. Trid. §. 13. c. 1. & alio §. 24. cap. 20. de refert. dicitur de gravamine quod per appellationem à definitiva reparari non potest, intelligi possit & debeat de gravamine indebite incarcerationis, S. Cong. respondit, ita esse intelligendum; & ideo ab huiusmodi gravamine appellari posse de Ordinariis tenentibus hæc appellationi deferre & tenere processum transferre ad iudicem appellationis; Interim tamen reo minente in carceribus, donec iudex appellationis, causa cognita aliud iusserit: incarceration enim irrogat infamiam & damnum irreparabile, Bald. Caltr. & Alex. in l. 4. §. Condemnatus ff. de re jud. Præp. in cap. Super eo: tit. 2. col. 3. de appel. & Franc. ib. 2. col. Quod si iudex appellationis pronuntiaverit incarcerationem esse gravatum, debeat relaxari à carcere, sed non ideo tota causa avocanda, puta carceratus propter concubinatum, sed cognoscat Metropolitanus si legitima indicia erant ad incarcerationem, si non erant, iubeat excarcerari, si erant, debeat pronuntiare ut maneat in carcere sed neutro casu debeat processu causam in meritis concubinatus, sed relinquere Episcopo. Quam sententiam Cong. Sanctif. probavit: ita reperi adnotatum in libris publicis Sacre Congregationis qui olim penes me asservabantur, sed decretum fuit postea editum nomine Sanctissimi usque ad vericulum, Carceratio enim. Omnia etiam posteriori clausula, quæ loquitur de remissione causæ ad Episcopum super negotio principali: forte quia de Jure, quando appellatur à gravamine ante sententiam definitivam; iudex appellationis datur quasi sub conditione quoad principalem causam; unde primo cognoscat de gravamine; & tunc si inveniit appellationem minus legitimum pronuntiabit male fuisse appellatum & remittet partes ad priores iudices appellentem in expensis condemnando: sed si inveniit appellationem legitimam esse, pronuntiabit bene appellatum fuisse, & hoc casu non remittet partes ad iudicem gravantem, sed ipse procedet super principali. Hic est casus in e. Ut dehis, ver. Cum autem, inf.

inf. eod. ubi sic declarat gl. fen. communiter approbata. Unde Abb. ibi n. 8. ex textu colligit justificata appellatione ab interl. iudicem ad quem succedere loco iudicis à quo: & Præp. n. 11. Similiter ex eo textu colligit regulam quod appellatione legitima pronuntiata devolvitur ad iudicem ad quem negotium principale: & propterea procedit in illo. Idem probat text. à contrario sensu in c. Rom. §. fin. inf. eod. lib. 6. licet S. Cong. aliàs voluerit hoc dubium declarare; etenim consultata, an si pendente causa in prima instantia coram ordinario; ante definitivam per eum illato appelleretur ad Metropolitanum. debeat, justificato gravamine ad ordinarium causam remitti, vel potius apud eundem Metropol. in eadem instantia terminari, non obstante decreto Conc. c. 20. §. 24. Respondit quoad causas ex juris comm. dispositione ad Ordin. remittendas nihil innovasse Trident. Concilium.

46 Inferitur tertio, ut cum à censura Ecclesiastica qualis est excommunicatio, suspensio & interdictum, c. Quærenti, de ver. sign. non appelleretur ad effectum devolutivum: quia trahit executionem, c. Pastoralis, §. Verum, inf. eo. c. Ad reprimendam, sup. de off. Ord. & c. Si cui, de sent. excom. Inno. in c. Per tuas, n. 3. in ver. Absolvere, c. tit. licitum fit appellare à comminata censura; quia etiam illius sententia si potius interlocutoria, quam definitiva, ut notat Innoc. in d. c. Per tuas, gl. in sum. 2. q. 1. Jo. And. in c. Venerabilibus, de sent. excom. lib. 6. & Doct. in Rub. de re jud. tamen semper inferit gravamen quod per appellationem reparari non potest; & ideo ante sententiam admittitur appellatio ab hoc futuro gravamine ex his, quæ dicta sunt sup. n. 29. ita ut si à comminata excommunicatione appellatum fuerit, excommunicatio postea lata fit ipso Jure nulla, ut c. 1. & ibi gl. 2. sup. eo. & d. c. Per tuas. Quamvis enim regulariter in iudicio non detur appellatio à futuro gravamine, ut hic, & in c. Ut dehis, inf. eo. & notat Fel. in c. Significaverunt, n. 9. de test. tamen hoc fallit, si comminatum gravamen sit irreparabile, qualis est censura Ecclesiastica ut per Fel. in c. Cum non ab homine, n. 12. sup. de Jure & Duen. in reg. 42. n. 8. Quamobrem citatus ad dicendam causam quare non debeat excommunicari potest appellare, & Ordinarius debeat huic appellationi deferre, ut ex dictis constat; secus est si quis citetur ad dicendam causam quare non debeat declarari incidisse in excommunicationem, quia cum à declaratoria detur appellatio etiam suspensiva præterquam in judicialibus, c. Solet in fin. de sent. excom. lib. 6. Rot. d. 2. n. 5. de dol. & cont. in novis. Ro. conf. 481. In casu permis. n. 9. vers. Præterea videmus, Fel. in c. Rudolph. n. 43. de ref. illius comminatio non inferit gravamen quod reparari non potest per appellationem à definitiva; & ideo à Conc. prohibita est appellatio. Quam differentiam inter comminationem excommunicationis ferende, & comminationem declaratorie excommunicationis jam lata ponunt Fel. & Du ab inf. & Lapius probavit S. Cong. eisdem Conc. Interpretes.

48 Quæro, an viva voce possit appellari dum sententia excommunicacionis profertur.

49 Format hæc quæstionem Host. in sum. de sent. & re jud. §. Qualis, sub §. Pura, ver. Quid si excommunico te, & dil-

putat egregie Jo. And. in c. Cui sunt partium, n. 2. de reg. jur. lib. 6. in Mercur. Quoad effectum devolutivum non cadit dubitatio; quoniam appellatio devolvit, etiam si fuerit interposita post latam excommunicationem ut dictum est sup. n. 46. sed quæritur quod effectum suspensivum.

Pro solutione sic distingue, aut constat verbum, appello, fuisse pronuntiatum ante prolationem verbi, excommunico; & excommunicatio non tenet tanquam lata post interpositam appell. c. Per tuas, inf. de sent. excom. Aut constat verbum, appello, fuisse pronuntiatum post verb. excommunico, & non valet, appellatio tanquam interposita post excommunicacionem, cum censura trahat secum executionem, d. c. Pastoralis §. Verum, infra eodem cum aliis supra allegatis, numero quadragesimo sexto. Probat hæc distinctio in capite Si duo, de procu. lib. 6. ubi non ponderatis præambulis litis, 52 ille ex pluribus procuratoribus censetur occupasse vel prævenire, qui prius litem est contestatus; sic in proposito non considerantur præambula vel exordia sententiæ vel appellationis sed solum quis in substantialibus illorum actum prævenierit quod probant jura ibi allegata in gloss. in ver. Litis contestationem & in his conveniunt DD. Aut est dubium quis prævenierit, an scilicet reus in prolatione verbi, appello, an Episcopus in prolatione verbi excommunico, & sunt opinionones Joan. Andr. in d. reg. Cui sunt partium, n. 11 in fin. vers. 2. verb. casu, cum quo transit hic Joan. de Imol. n. 2. concludit reum esse ligatum & præsumi excommunicacionem præcessisse. Ratio est, quia de jurisdictione Episcopi & de excommunicacione constat; de præcedente vero appellatione non constat, alleg. cap. Venerabilibus ad fin. & quod ibi not. de sent. excom. lib. 6. præsertim quia excommunicatio est medicinalis, cap. 1. eo tit. & lib. & actus spiritualis est penetrabilior quam actus humanus, secundum quod notat Innoc. in cap. Præterea, il. 2. inf. hoc tit. & pro hac opinione optime facit gloss. ult. in dicto capite, Venerabilibus, in ver. Postquam.

Contrarium tenet Bald. hic num. 7. qui videtur in dubio præsumi appellationem præcessisse per l. Si quis id quod ver. Quod si dum proponitur, ff. de jurisd. om. jud. & per l. Arthusa, ibi incipiente naici, ff. de statut. hom. nam reus per appellationem incipit liber esse.

Placet mihi distinctionem Præp. hic num. 3. vers. Et forte quæ colligitur ex dictis Innoc. in cap. Cum tu sup. de test. videlicet ut prima opinio Joan. Andr. procedat in foro conscientie, in quo debet quis in dubio sequi partem tutiorem & æstimare se censuram innodatum. Ad quod allego textum optimum in cap. Illud inf. de Cler. excom. ministr. Host. & Joan. Andr. in cap. fir. num. 2. sup. de bigam. facit cap. Ad audientiam, cap. Significasti, il. 2. & cap. Petito de homic. Secunda autem opinio Baldi obtineat in foro contentioso in quo Iudex in dubio non debet iudicare quem excommunicatum; arg. cap. Si quis 68. d. & cap. Innocens 22. qu. 4. pro qua distinctio vide bonam gloss. in cap. unum in ver. Estimare, sup. de serat. S. Thom. 2. 2. quasi. 60. art. 4. & quod scripsi, in cap. Ne imitariis, num. 140. & 164. de consil.

DE APPELLATIONIBUS.

Idem Alexander III.

CAPUT XXXI.

DE Priore: & infra. Cæterum si præfatus Canonicus Priore propter suas enormitates manifestas, quæ ipsum notabilem reddunt, ad Sedem Apostolicam appellavit: & ipse tali appellationi deferre contempserit: eum cum litteris tuis veritatem contentibus, de tanto excessu satisfacturum ad Sedem Apostolicam venire compellas.

Fagnan. in II. Lib. Decretal.

tonia nisi expressis personis, contra quas, & ex qua causa, & cum clausula. Quatenus his non pendat: licet autem pendente dari quidem possint sine predicta clausula, sed non nisi parte citata & audita. His additi fuerunt duo alii casus, in quibus Auditor Camere procedit in causis Regularium, videlicet cum rei sponte se constituit in illius carceribus, & in criminibus atrocibus, in quibus procedere potest ex particulari oraculo Sanctissimi eidem notificato per Secretarium S. Congregationis. Hic tamen ultimus casus non ex vi suarum facultatum, sed ex speciali commissione.

28 Rursus excludendus est alius casus non dubius in quo viceversa Auditor Camere non procedit in causis Regularium, nempe ubi de Regulari disciplina, & morum correctione agitur: hæc enim spectant ad Abbatem, etiam si Monasterium esset Episcopo subiectum. *Corripiantur*, 24. q. 1. *Reprehensibilis*, in *fin. supr. eod. gl. in c. Quanto*, in *ver. si Prælati*, de *off. Ordinarij*. Unde Auditor Camere in his non potest se ingerere in prima instantia; sed neque in gradu appellationis, quia in predictis nisi adit excessus, ut in hoc c. Non datur appellatio, ut in d. c. *Reprehensibilis*, ibi *Nec subiecti contra disciplinam Ecclesiasticam in vocem appellationis erumpant*, & infra ibi, *Præcipue vero hoc in Religiosis volumus observari, ne Religiosi cum pro aliquo excessu fuerint corrigendi, contra Regularem Prælati sui & Capituli disciplinam appellare præsumant, sed humiliter ac devotè suscipiant quod pro salute sua fuerit ejusdem injunctum, concordat c. Ad nostram*, *supr. eod.* cum aliis supra citatis in *gl. 1. num. 14.*

30 Itaque exclusis casibus, in quibus nulla est dubitatio, propositum dubium restringitur ad causas ordinarias tam civiles, quam criminales, quæ vertuntur inter Religiosos ejusdem Ordinis, vel inter subditum, & Prælatum, vel inter subditos, & Capitulum vel inter Monasterium, & Monasterium, vel inter Provinciam, & Provinciam, vel alias quomodolibet.

31 Pro solutione examinandum est, an Auditor Camere possit in his causis se immiscere vigore suarum facultatum sive in prima instantia, sive in gradu appellationis.

Et quidem pro jurisdictione Auditoris Camere respectu primæ instantiæ facit Bulla 18. Pauli V. §. 12. ubi datur ei facultas cognoscendi tam per se, quam per Notarios suos, eorumque substitutos de excessibus commissis per quoscumque exemptos à jurisdictione Ordinarij, & Sedi Apostolicæ immediate subiectos, & culpabiles repositos puniendi. Tales enim videntur esse etiam regulares cum Religiones fere omnes ex amplissimis privilegiis ab omnimoda ordinariarum jurisdictione sint exemptæ, ac Sedi Apostolicæ immediate subiectæ, ut plene scripti in *c. tuarum*, & *inf. de privi.* & cum supra dicta Bulla Pauli V. loquatur de exemptis per verba universalia, & geminata, videlicet *cujuscumque status, gradus, ordinis vel conditionis fuerint*, videtur includere etiam regulares, licet de illis expressam mentionem non faciat, ad *gl. in c. Passoralis*, in *ver. Temporaliter*, *inf. de donatio cum similibus*, ut dixi in *c. Ex parte*, n. 21. & 44. de *privi.* præsertim ponderando verba *cujuscumque ordinis*, quæ proprie conveniunt Regularibus, ut c. *Unico de Relig. domib. lib. 6.* & *Clem. 1. de Regular. cum similibus.*

Sed nihilominus in Congregatione habita die 5. Julii 1650. contrarium fuit resolutum: videlicet in causis Regularium ejusdem Religionis: sive sint inter subditos, sive inter subditum & Prælatum; sive inter Monasterium & Monasterium, sive alias quomodolibet: Auditorem Camere se immiscere non posse in prima instantia; nam præcitata Bulla Pauli V. in dicto §. 12. debet intelligi de illis exemptis qui sunt immediate subiecti Sedi Apostolicæ & alium Judicem non habent: quales sunt plures Abbates in Germania in Congregationem non redacti, qui nec Episcopis nec Capitulis subditi; nec suos habent ordinarios Visitatores de quibus loquitur Concilium Tridentinum, cap. 8. *sess. 25. de Regularibus*: quales etiam sunt multi Prælati inferiores & Commendatarii nullius Diocesis: de quorum criminibus & excessibus Auditor Camere potest inquirere & in culpabiles animadvertere. Sed Bulla non procedit in exemptis Regularibus in Congregationem redactis, qui subditi Prælati suis, cap. *In singulari de statu Monachor. cap. Reprehensibilis super eo cum multis similibus*: quod ex eo convincitur manifestè, quia in dicto §. 12. datur facultas Auditori Camere cognoscendi de criminibus exemptorum privative quoad omnes: ergo non potest hoc verificari in Regularibus qui suis Prælati, Visitatoribus & Capitulis subditi: alias sequeretur, ut Superiores Regulares non possent punire excessus suorum subditorum: quod esset intolerabile.

33 & contra Sacros Canones, Generalia Concilia & Decreta Apostolica, Statuta Ordinum & communem observantiam, & signanter contra Bullam Sixti V. Electionis Sacre Congregationis Regularium in Bullar. *tomo 2. paginâ 613.* ubi in §. 1. sic legitur: *Causas vero quas inter ipsos Religiosos oriri contigerit, juxta quarumcumque Religionum Institutum eorumque*

dispositionem Superiores illorum definiant atque terminent.

Præterea Concilium Tridentinum *sess. 24. cap. 20.* statuit ut causæ omnes ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes in prima instantia coram Ordinariis locorum cognoscantur & terminentur; & in Bulla 13. Piæ V. reformacione Tribunalis Auditoris Camere, §. 16. in Bullar. *tomo 2. paginâ 319.* disponitur ut nihil sine speciali commissione Pontificis Auditor Camere decernat aut mandet quod Episcopos & alios locorum Ordinarios impedire possit, ne ad executionem Decretorum Sacri Concilii Tridentini correctionemque morum libere procedant; & in dicta Bulla 18. Pauli V. post facultates Auditori Camere attributas in §. 30. legitur clausula infra scripta: *videlicet Per Præsentem autem non intendimus Decretis Concilii Tridentini in aliquo derogare vel aliis præjudicare; sed illa salva esse & in suo robore permanere.*

Quo verò ad causas Regularium in gradu appellationis, ex eadem Bulla 18. Pauli V. §. 10. Auditor Camere potest cognoscere causas appellationum, quæ à sententiis quoruncumque Ordinariarum etiam extra statum Ecclesiasticum ad Sedem Apostolicam devolvuntur. Provinciales autem sunt Ordinarij in Provincia & comparantur Prælati habentibus quasi Episcopalem jurisdictionem: & ita observatur teste Cardinali *consilio octavo nono Casu super quo, numero 2. ver. Nuntiales Ministri*: & ab eorum sententiis de jure communi appellari potest ad Papam, omisso medio, ut hic in concordantibus de quibus supra in primo casu non dubio n. 17. & ita si appellatur ad Papam, Auditor Camere videtur posse appellationes recipere, & inhibitiones decernere in vim suarum facultatum.

Cæterum S. Congregatio Episcoporum & Regularium, 38 anno 1587. decrevit, ut infra, videlicet.

Quoniam nonnulli Regulares vagandi studio secundum imminentem admittuntur criminum poenam ex suis Constitutionibus, aut aliis debita, sibi metuentes fallæ, & commentitia gravamina caulari, non ad immediatos sui Ordinis Superiores, scilicet à gravamine Prioris ad Provinciale, à Provinciali ad Generalem, à Generali ad Protectorem, prout per cujuscumque Religionis Constitutiones disponitur, sed ad hanc Romanam Curiam sepius fugiunt, potius quam recurrant: ex quo Ordinum disciplina relaxatur, Prælati contemnuntur, & ipsi in dies audaciores evadunt: Placuit S. Congregationi Regularium ex ordine Sanctissimi struere, ut si quis Regularium in posterum temere, levique ex causa hanc aliam Urbem, seu Curiam absque sui Superioris licentia, & supradicta forma prætermittit adire præsumpserit ad suos eosdem Superiores severiori poena plectendus remittatur.

Et sane expedire non videtur, ut Religiosi in suis causis litigent extra Ordinem; quia sic datur eis materia vagandi extra clausula, & discutiendi per Curias contra Canones, ut c. *Si capis*, & c. *Placuit communi*, 16. q. 1. c. *Quanto*, de *off. Ordin. c. Monachi*, de *stat. Monachor. Clem. Ne in agro*, §. *Quis vero*, et c. cum multis concordantibus; tum quia propter ingentes sumptus qui sunt in litibus prosequendis, coguntur pecunias quandoque etiam illicitis modis sibi comparare, & proprietatem habere, contra c. *Com ad Monasterium*, de *statu Monachorum* tum quia eorum delicta sic publicantur in sæculo cum ignominia Religionum, & scandalo sæcularium, contra *capite In scripturis*, 96. *distinctione* ubi refertur Constantinum dixisse: *verè si propriis oculis vidissem Sacerdotem Dei, aut aliquem eorum, qui Monastico habitu circumamicti sunt peccatam clamidem meam expoliare & cooperire eum, ne ab aliquo videretur. Tum denique quia ex hoc enervatur Monastica disciplina & Prælati Regularibus debita subtrahitur obedientia, contra text. in c. *Reprehensibilis*, *sup. eod.* Quam ob causam multæ Religiones obtinuerunt à Sede Apostolica ut ab ordinationibus Superiorum non liceat subditi appellare & in specie Sixtus IV. dicitur concessisse Generali Ordinis S. Augustini & Carmelitarum, ut possint sua officia exercere rejecta quacumque appellatione. Et Julius II. dicitur prohibuisse Fratribus Prædicatoribus sub poena excommunicationis appellare à mandatis & ordinationibus Prælatorum dicti Ordinis, ut refertur in *Compendio Privilegiorum Mendicantium in ver. Appellare.**

Et ex eis resultat etiam resolutio ad tertium dubium superius propositum de Commissionibus Signaturæ Justitiæ, quia videtur non expedire, ut causa Religiosorum extra Ordines committantur.

Verumtamen in S. Congregatione de super habita die 19. Julii 1650. tantummodo fuit provisum, ut in casibus, in quibus Auditor Camere potest appellationes recipere à sententiis & à gravaminibus Prælatorum Regularium, inhibitiones minime decernat, nec Præfectus Signaturæ Justitiæ dat Commissiones, nisi citato Procuratore Ordinis.



DE APPELLATIONIBUS

Innocentius III. Cancellario Metern.

CAPUT XLVI.

Constitutis in præsentia nostra Decano sancti Salvatoris, & Cantore Metern. & infra. Metern. Episcopus intimavit, quod sancti Salvatoris præpositura vacante, die electioni præximo, per Patrem & Filium & Spiritum sanctum in virtute obedientiæ, ac sub animæ periculo Canonicos adjuravit, ut secundum Deum & juxta conscientiam suam, unum eligerent de duobus, in quos partes videbantur oculos extendisse, quem Ecclesiæ magis utilem & idoneum reputarent. Decanus autem cum duobus Diaconibus & Subdiaconibus tribus, dictum Cantorem in Præpositum nominavit: Cantor verò ipse, qui Presbiterali officio fungitur, & Custos cum Scholastico & Magistro B. sacerdotibus, Levitis duobus, & Subdiaconibus quinque te concorditer elegerunt: cujus electionem tanquam à majori, & saniori parte Capituli factam (cum de personæ tuæ honestate constaret) prædictus Episcopus confirmavit: & cum tibi vellet domum, & investituram porrigere, (ut est moris) Decanus ad Sedem Apostolicam appellavit: contra te impotentiam duntaxat allegans: proponendo te in partibus illis, quasi penitus impotentem, in quibus præposituræ possessiones existunt: addens, quod alia tibi objiceret in præsentia nostra, quæ tunc in præsentia judicis suspecti noluit explicare. Nos ergo, quia constitit evidenter illam appellationis causam, quæ fuit expressa, rationabilem non fuisse: aliam autem tunc non expressit: & si dixerit idem Decanus, quod aliam vellet objicere coram nobis: decernimus tuæ confirmationis effectum, non debere per ea, quæ sunt proposita, impediri. Si quid tamen contra te non in modum exceptionis ad impediendum electionis & confirmationis effectum, sed in modum denunciationis vel accusationis duxerit proponendum, postquam pacificam ipsius præposituræ possessionem fueris assecutus, proponendi licentiam non negamus.

SUMMARIUM.

- 1 Appellatio contra electum, & confirmatum admittitur ad impediendum electionis vel confirmationis effectum & num. 17.
- 2 Fallit primò in appellatione judiciali, n. 18. & 19.
- 3 Fallit secundò in confirmatione clandestine facta n. 20.
- 4 Fallit tertio si in loco riget consuetudo confirmandi non possit edictis, num. 21.
- 5 Fallit quarto in collatione, seu provisione, ibi n. 22.
- 6 Electio an & quando possit restringi ad duos.
- 7 Electio honestus est ut fiat de idoneo de eodem Collegio, quam ad fiat transitus ad magis idoneum alterius Collegii.
- 8 Electoribus deseri potest juramentum à Superiore, ut magis idoneum eligant.
- 9 Patroni potest Episcopus deferre juramentum de presentando magis idoneum, si subijt justitio ne moveatur aliquo inordinato affectu.
- 10 Fallit si contra Patronos esset presumpcio perjurii.
- 11 Juramentum nunquam est deserendum illi, contra quem ordinem præsumitur de transgressione.
- 12 Electio in foro conscientia debet fieri de magis idoneo.
- 9 Eligens dignum posthabito digniore mortaliter peccat.
- 10 Et magis idoneus dicitur non tantum respectu sui, sed etiam in ordine ad utilitatem Ecclesiæ, num. 14.
- 11 Electio de digno, omisso digniore, in foro externo valida est nec debet retractari.
- 12 Quod procedit non obstante juramento de eligendo magis idoneum.
- 13 Et quid si à contraria electione fuerit appellatum.
- 14 Et quid in concursu Parochialium Ecclesiarum.
- 15 Prælati eligendi est melior non simpliciter, sed in ordine ad Ecclesiam rigendi in & n. seq.
- 16 Et an deves & potens pauperi & litterato sit præferendus vel è converso n. 16.
- 17 Episcopi non debent esse tantummodo revolutares chartarum sed etiam factores operum.
- 18 Confirmatio facta, judiciali ordine observato, habet vim definitivæ.
- 19 Confirmatio electionis clandestine facta quando dicitur.
- 20 Consuetudo confirmandi electum non possit electi valida esse.

Nota primò ibi, Unum eligerent de duobus. Electionem posse restringi ad duos: quod verum est in duobus casibus, 1 secundum Imol. *hic num. 2.* & Joan. de Anan. *num. 3.* & Præp. *num. 11.* Primus est quando ipsimet eligentes in tractatu ad hoc se restrinxerunt, hoc enim non est contra formam Concilii generalis in *cap. Quis propter de elect.* cum nusquam invenitur prohibitum, quin de duobus tantum possit fieri scrutinium vel compromissum *arg. cap. 2. §. Sed neque de translat. Episc.* Secundus est quando non essent nisi duo idonei de Collegio: nam de suo potius, quam de extraneo debet fieri electio, *cap. Nullus invitis, 61. dist. 3.*

Et interdum ex gremio certe Ecclesie cap. *Cum dilectus de consuet.* cap. *Abate de ver. signific.* Honestus enim est, ut idoneus eligatur de eodem Collegio, quam ut fiat transitus ad magis idoneum alterius Collegii, secundum Abb. *lib. 8. vers.* Et intellige predicta & Prepos. num. 18. *vers.* Si tamen in Ecclesia illa, & in hoc residet Innoc. in *princ.* Abb. *Antiqua. num. 1.* Hostiens. num. 2. in *ver. Unum.* Joan. Andr. num. 5. *Bellam. num. 2.* in *ver. De duobus.* Butr. num. *Anchar. num. 4.* Imol. & Joan. de Anan. Prepos. *locis citatis.* Alias vero electio per superiorem restringi non potest cum debeat esse libera, secundum ea, que leguntur & notantur in cap. *Cum terra, de elect.* Unde Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum consulta a Generali Ordine sancti Augustini, an ei liceat in electione Provincialium, Priorum, aliorumque Officialium faciendi aliquos nominatum proponere, ex quibus unus Canonice per secreta suffragia ad officium eligatur: Respondit non licere.

4. Secundo nota ibi, magis idoneum & utilem reputarent. Superiorem, ad quem spectat jus confirmandi posse deferre Sacramentum electoribus; & sic eos iurjurando adstringere ut secundum Deum, & conscientiam suam eligant magis idoneum: nam obtestatio, seu adjuratio, de qua in textu loco juramenti habetur gloss. 2. hic Hostiens. num. 2. Abbat. Prepos. & Alexand. de Nevo omnes in 1. notab.

5. Et ex hoc textu deducitur primo notabilis theoria secundum Abb. ubi supra, videlicet quod ubi Episcopus timet, ne patroni moverentur aliquo inordinario affectu possit eis deferre juramentum de prestando magis idoneum & sequuntur Prepos. num. 2. Alex. de Nevo num. 3. & Dec. in 1. notab. Qui tamen intelligit hoc verum esse, nisi contra Patronos esset presumptio perjurii, quia tunc non debet adjuratio fieri, seu juramentum deferri. Quod satis placet per text. in cap. *Clericus, de cubilibus Clericor. & milit.* ubi non debet Prelatus deferre juramentum Clericis concubinariis de non redeundo ad concubinas, ne in perjurii reatum incurant. Ex quo textu Abb. num. 2. generaliter inferri, ut nunquam juramentum sit deferendum illi contra quem vehementer presumitur de transgressione: imo delectus peccat, ut est text. optimus in cap. *Ille 22. quast. 5.* Ubi Augustinus ait, *Ille, qui hominem provocat ad juramentum, est sicut cum falsum juraturum, vincit homicidam quia homicida corpus occisurus est, ille animam, imo duas animas & eius, quem jurare procuravit & suam.*

8. Secundo ex textu deducitur manifeste Electores in foro conscientie teneri dignorem eligere, nec suam obligationi famulari: dignum eligendo: nam si adhuc teneretur, nullatenus possit eis juramentum deferri, ut in text. concordat cap. *Licet ergo, 8. quast. 1.* ubi qui prestantior est ex omni populo, qui doctior, qui sanctior: & qui in omni virtute eminentior; ille eligitur ad Sacerdotium, cap. *Illud, ead. caus. & quast. cap. Unum omnium, 5.* Nunc autem, ibi, *Sed tunc eligatur, cuius comparatione ceteri græci dicuntur, 25. dist. cap. Viliimus, 1. quast. 1. cap. Metropolitanus, 63. dist. in fin. ubi, ex Presbiteris ejusdem Ecclesie vel Diocesis optimi ordinatur, cap. Quoniam de jurepatr. ibi, Ille prestatior Ecclesie qui majoribus juratur meritis, cap. simul de offic. custod. ibi, ut ad hoc opus tales ordinentur quales & meliores & sanctiores esse videantur. Et quamvis gloss. in d. cap. *Licet ergo, in ver. Qui prestantior, 8. quast. 1.* relatis aliorum opinionibus concludat cum Hugone eligentes non peccare si eligant dignum, licet potuerint eligere dignorem, & cum gloss. consentiant hic Joan. de Imol. & Philippus Franchus: tamen opinio gloss. procedit in voluntatis tantum, sed in necessitate ut in electione, oportet meliorem eligere, ut ibidem declarat Archidac. num. 3. Et hæc opinio communiter tenetur & videtur etiam de jure veteri ut attestatur hic Decius num. 6. & 12. Itaque eligentes vulnerant conscientiam, si potuerint eligere meliorem ut ait Ferrarius de Denis conf. 95. *Super dubitationem articulis num. 1.* & Abbas hic num. 7. Imo peccant mortaliter, & est orandum pro eis, quia multi incidunt in hunc laqueum, ut formaliter inquit Butr. in cap. *Inter cetera, num. 5. de Offic. Ordinand.* Idem pluribus relatis tenet Covar. in *reg. Peccatum, part. 2. §. 7. num. 4. vers.* Is vero qui dignum subdens ita communi omnium consensu receptum esse in hoc Cap. Et est sententia D. Thom. in 2. 2. quast. 63. art. 1. & quast. 185. art. 3. & quast. 8. art. 6. & quast. 6. art. 9. quam etiam probavit Rota decis. 65. num. 8. part. 1. recent. & in *Toletana Canonicatus 18. Marti 1484.* coram san. mem. Clem. VIII. impress. apud Marchef. de Commiss. part. 1. cap. 7. fol. 287. Hodie hæc opinio in us, qui majoribus Ecclesiis prelatantur, est indubitata quia Concilium Tridentinum, in cap. 1. sess. 24. *Omnes & singulis qui ad promotionem prelatandorum quocumque sui a Sede Apostolica habent, aut aliquo operam suam præstant, hortatur & monet, ut inordinis meminissent nihil se ad gloriam & populorum salutem utilius posse facere, quam si bonos pastores & Ecclesie gubernanda idoneos promovere stu-**

deant, eosque alienis peccatis communicantes, mortaliter peccare, nisi quos digniores & Ecclesie magis utiles ipsi judicaverint, non quidem precibus, vel humano favore, aut ambulatione suggestivibus, sed eorum exoptibus meritis præcipue diligenter curaverint. Hæc ibi. Ceterum in foro exteriori, & post factum electio de digno, posthabito digniore, valida est, nec debet retractari, cap. *Monasterium, 16. quast. 7. cap. Cum terra, cap. Cum nobis olim & cap. Cum in cunctis juncto cap. Quia propter de elect. cap. Nisi cum pridem, 3. Pro desol. de renunc. cap. fin. de præsumpt. & hic firmat gloss. in *ver. Magis utilem, Butr. num. 15. Cardin. sub num. 3. Abb. num. 6. & 7. Prap. num. 2. & 18. Dec. n. 12.* & reliqui omnes Rota in d. *Toletana Canonicatus num. 3. & d. decis. 65. num. 2. part. 1. recent. S. Thom. in 2. 2. quast. 63. art. 2. ad 3. dicens quantum ad hoc, ut electio impugnari non possit in foro judiciali satis esse eligere bonum, nec oportere eligere meliorem, quia sic omnis electio possit habere calumniam. Et idem repetit quodlibet 1. 8. art. 6. ad 5. vers. Vel dicendum & quodlibet 6. art. 9. vers. Sed contra, Silvest. in *ver. Electio, num. 1. quast. num. 26.* & alii plures tam Theologi, quam Canonice, quos cumulat Covar. in d. *reg. Peccatum 1. part. 2. §. 7. num. 3.* Quod procedit etiam, si ante juramentum de eligendo magis idoneo, quia nihilominus electio de digno non retractatur, ut probatur hic & tenet Cardin. d. n. 2. & Prepos. ead. num. Covar. ubi supra, vers. *Secundo probatur & Rota in dicta Toletana Canonicatus, d. num. 3.***

Fallit hæc conclusio si ab initio Electoribus denuntiatum fuisset, ut digniorem eligere & a contraria electione fuisset appellatum, quia tunc electio de digno prætermissio digniori non valeret, ut hic Abb. num. 7. vers. *In hac materia, id est irritanda esset per viam attentatam, quasi contra appellationem facta, non quia nulla esset ipso jure secundum Prap. num. 18.* Et quamvis Franchus col. 2. circa med. vers. *Sed adverte, post Imol. oppositum sentiat, putans etiam hoc casu electionem de digno validam esse, nec retractari posse ejusque opinionem in practica attendendam putet Covar. in d. reg. Peccatum num. 3. vers. Contra Imol. ob eam rationem, quia aliquo quolibet electio revocari potest in discrimen & omnia litibus involveretur: tamen primam opinionem Abb. complectitur & bene ab objectis tenet Dec. hic num. 12. que etiam mihi magis placet nec videtur urgere consideratio Covarruvie, quia hic casus denuntiationis & appellationis a futura electione de digno, omisso digniori, est admodum rara & raro etiam contingit in Parochialibus Ecclesiis non obitante, quod ex Constitutione Pii V. sit conferenda magis idoneo in concursu & rejecto licitum sit appellare a præelectione facta de digno & consilio de irrationabili judicio præelectio sit retractanda, ut plene dixi, in cap. *Eam te supr. de stat. & qualitat.**

Et hinc collige secundam fallentiam ad regulam superius 13 propositam, quod electio de digno, omisso digniori, valida sit in foro judiciali: fallit enim in Ecclesiis Parochialibus, que conferuntur prævia formæ examinis per concursum ad prescriptum Concilii Tridentini cap. 18. sess. 24. Nam in his Episcopus inter probatos ab Examinatoribus Sinodalibus debet omnino eligere magis idoneum; alioquin licet postposito appellare & provocare præelectum ad novum examen de electio per judicem appellationis erit retractanda, consilio de irrationabili judicio Episcopi & Parochialis magis idoneo erit conferenda, ut in præcitata Constitutione Pii V. Tertio nota in eisdem verbis magis idoneum & utilem reputarent. Eligendum in Prælatum debere esse magis idoneum, non tantum respectu sui, sed etiam in ordine ad utilitatem Ecclesie ut hic per Abb. in 3. *ver. concordat Concilium Tridentinum in d. c. 1. sess. 24. ibi Nisi quos digniores & Ecclesie magis utiles judicaverint, neque enim Episcopi debent esse tantummodo revolutores chartarum ut in cap. In Canonibus 16. quast. 1. & alibi simpliciter repellit 15 a promotione, ut cap. Petrus 29. dist. Itaque non oportet ut ad Prælatum semper eligatur, qui est melior simpliciter; Possibile est enim, ut illi, qui est in charitate perfectior, deficient multa, que requiruntur ad hoc, ut aliquis sit Prælatum idoneus, que in alio qui est minoris charitatis inventiuntur, ut sunt scientia, industria, potentia & alia hujusmodi. Unde non oportet semper eligere meliorem simpliciter, sed eum, qui sit melior ad Ecclesiam regendam, ita S. Thom. de quolibet 2. art. 6. & quodlibet 6. art. 9. Considerandum est igitur an persona sit sufficienter etiam respectu ipsius beneficii, an vero non ut hic per Imol. n. 8. & Prepos. n. 6. puta si beneficium habeat possessiones inter inimicos eligetur potius Primas in civitate & Dux factiosem vel homo potens & robustus, quam literatus, cap. *Officiis super de elect. & in nait. text. noster in illis verbis In quibus Præpositura Possessiones, similiter si beneficium esset xre alieno gravatum, potius eligetur Dives & potens, quam pauper & Doctor usq. c. *Hor jus porrectum 10. qu. 2.* Quod si beneficium vel inter hæreticos, vel inter abhorrentes a cultu, præfere-**

deus esset Theologus, vel Canonista diviti & potens ad notata in c. *inf. de cons. & offi.* Quod latius discurrendo per singulas qualitates prosequitur hic Host. num. 7. Joan. Andr. num. 21. licet gloss. notabilis in c. *Quoniam vetus, in ver. Invidia 24. qu. 1. referat, cum duo certarent de electione & unus alleget ignobilitatem & pauperem alterius, alium ex diverso respondisse: Plicatori tetro fabri filio successorem querimus, non Augusto; unde gloss. officialis ibi: *Nobilitas fastium, salsus litem parit & amat. Lix odium, capunt hæc tria mortis iter.**

Facit c. *Venerabilis & cap. de multa in fin. cum utrobique notatis per DD. inf. de prob. qua de re plura cumulat hic Joan. Andr. numer. 21. & adde quod de qualitatibus concurrentium scripsit in *dist. c. Lam te, in ult. quast. de stat. & qualitat.**

17. Ultimo nota ibi, Confirmationis essentiam. Appellationem interpositam post confirmationem electionis non impedit quominus confirmatio possessionem consequi debeat, ut hic est casus secundum Abb. & alios supradictos in Summ. text. Ratio quia possessio illa est quid facti & effectus consecutus juris precedentis; ac promittit ob interpositam appellationem differri non debet, ut hic in *gl. ult. ad fin. & notat Imol. num. 6. & 19. Abb. num. 6. & Prap. num. 12.*

18. Declara primo textum nostrum ut procedat in appellatione extra judiciali, prout intelligitur communiter DD. nam confirmatio de qua text. loquitur, facta fuit ab iis qui solent causæ cognitione & illo causa etiam rationabiliter appellatiois emittit extra judicium non causat quod factum est ante appellationem, nec impedit illius executionem vel effectum ut in text. At secus est in appellatione emissa in judicio, 19. quando scilicet confirmatio fit oblatio libello, licet correctata & alio judiciali ordine observato, quia tunc confirmatio habet vim definitivæ; & ideo appellatio judicialis suspendit sententiam & effectum ejus secundum Innoc. hic n. 2. cum quo transeunt Abb. num. 14. & communiter DD.

20. Declara secundo text. nostrum ut locum habeat in confirmatione, in qua fuerit servata forma c. *fin. de elect. lib. 6.* secus autem in confirmatione clandestine facta veluti quia edictum inspicere non potuit, vel quia fuit apponitur tempore incongruo, vel in loco, unde potuit de facili auferri vel quia fuit a pluvius corruptum; hoc enim casu appellatio etiam extrajudicialis bene impedit confirmationis effectum, quia

cessat ratio, de qua infra in quarta declaratione, ita determinat Innoc. in cap. *pen. num. 3. inf. de caus. poss. & pro. p. r. & sequitur Prap. hic num. 24.*

Declara tertio ut non procedat si in loco viget consuetudo de non ponendo edicto juxta formam d. *dist. c. fin. de elect. lib. 6.* talis enim consuetudo valida est ut ibi notatur per DD. nihilominus appellatio extra judicium suspendit effectum confirmationis ut per Prap. ubi *supr. vers. Vel tunc quod consuet. nam & hoc casu cessat ratio de qua infra proxime.*

Declara quarto hunc text. ut locum non habeat in collatione seu provisione: nam appellatio extra judicialis bene impedit, ne provisus possessionem assequatur ut cap. *Accedens, inf. de Accus. & post Innoc. firmat Butr. & alii in d. c. pen. de caus. poss. & pro. p. r. & Prap. hic num. 13.* Ratio differentia inter confirmationem & collationem est, quia in confirmatione citatur pars vel saltem per edictum fit citatio generalis, ut in d. c. *fin. de elect. lib. 6.* Unde ver-simile est ut si quid esset discutendum illud fuisset discutsum in ipsa confirmatione ideoque exceptio per appellationem videtur postea calumniosè interponi ad impedendum, non confirmari possessionem assequatur. At secus est in collatione, quia licet habeat vim confirmationis ut notat gloss. in c. 1. de elect. lib. 6. Tamen in ea non requiritur citatio illa seu prop. Edicti, que requiritur in confirmatione, ut est gloss. communiter approbata in d. c. *fin. in ver. Licet. cir. fin.* Unde nihil mirum si volens opponere sit admittendus antequam tradatur possessio, cum non potuit contradicere in collatione ut bene hic per Prap. d. n. 13. Eandem differentiam inter collationem electionis, seu institutionem & liberam confirmationem, seu provisionem ponit Lambert. de *Jur. atr. lib. 2. par. 2. quast. 11. art. 5. num. 5.* Quamobrem non videtur audienti Gonzalez ad regulam de *mem. sibus gloss. p. §. 1. in lantat. num. 27. & Lan-cellor. de attent. 2. par. 1. §. 12. limit. 5. num. 20. & 5. Umit. 40. num. 5.* citari a modernis Collectoribus hic, dum dixerunt quando proceditur extrajudicialiter, nullam appellationem ex adverso interpositam suspendere collationem, nec possessionis traditionem: Eorum text. noster & DD. ab eia citari non loquuntur in collatione, sed in confirmatione in qua diversa militat ratio ut dictum est.

DE APPELLATIONIBUS.

Idem Innocentius III. Episcopo Helinn.

CAPUT LIII.

Pastoralis officii diligentia: & infra. Quævisi utrum, quando inhibetur appellatio in rescripto, frustratoria tantum inhibita videatur? Nos igitur attendentes, quod per appellationem frustratoriam, etiam si non fuisset inhibita, negotium non debeat impediri, respondemus, quod quælibet provocatio intelligitur removeri, quæ a jure non indulgetur expressè: sed si appellans fuerit gravatus in ultè gravamen hujusmodi per superiorem poterit emendari. Verum quia multoties quis ad tempus per appellationem legitimam, à judicis sui, quoad aliquem certum articulum, eximitur potestate: consulisti nos, utrum si quis excommunicationis sententiâ innotatus, ante denuntiationem ipsius ab ea tanquam minus rationabiliter promulgata, in eo casu, in quo ante sententiam interpositam excommunicantis videtur jurisdicctio dormitasse, ipse denuntiare possit eundem, & ad tempus Ecclesiasticis beneficiis Clericum spoliare? Nos itaque respondemus, quod cum executionem excommunicatio secum trahat, & excommunicatus per denuntiationem amplius non ligetur, ipsum excommunicatum denuntiare potes, ut ab aliis evitetur. Et illi reventus Ecclesiastici meritis subtrahuntur, cui Ecclesie communitio denegatur.

SUMMARIUM.

- 1 Clausula, appellatione remota, tollit omnem appellationem, quae a iure non est expressè permissa.
- 2 Et datur à Summo Pontifice tantum in terris Ecclesiae indistinctis, sed in terris Imperii in causis spiritualibus, vel mixtis fori, aut inter personas Ecclesiasticas, & n. 4.
- 3 Clausula, appellatione remota, non datur à Congregationibus Cardinalium, nec à Signatura Justitiae.
- 4 Datur ab Imperatore in locis imperio subiectis in causis temporalibus, & inter laicos.
- 5 Item à Regibus, & Principibus non cognoscuntur Superiorem in temporalibus.
- 6 Appellatio cum sit species defensionis, quae est de iure naturali, qualiter tolli possit à Principe.
- 7 Clausulam, appellatione remota, à sententia interlocutoria, an Iudices inferiores dare possint in subdelegatione causarum.
- 8 Clausula utrumque odiosa in rescripto apposta debet intelligi, ut aliquid operetur ultra jus commune, & n. seqq.
- 9 Appellationis remedium nulli denegandum.
- 10 Privilegio frustra impetratur, quod de iure communi competit.
- 11 Expressio ejus, quod tacite inest, debet aliquid augere.
- 12 Statutum debet interpretari, ut non sit de casu indubitabili, & à iure communi deciso.
- 13 Verba statuti debent interpretari, ut aliquid operentur.
- 14 Appellatio frivola deferendum non est, licet appellatio in rescripto non sit inhibita, & n. 20.
- 15 Clausula, appellatione remota, tollit appellationem, quae à iure non indulgetur expressè ad effectum suspensionis tantum, non autem devolutivam.
- 16 Ex his Curia quoad partes nihil operatur, sed tantum

- quoad iudicem ne teneatur deferre.
- 17 Et gravamina à iudice illata post appellationem non revocantur per viam attentati, sed per viam querelae, & n. 30.
- 18 Clausula, appellatione remota, an habeat aliquid operetur & quid; & n. seqq. usque in finem.
- 19 Appellationis quatuor sunt species.
- 20 Appellatio manifestè frivola semper inhibetur à iudice, & à iure.
- 21 Clausula, appellatione remota, nihil operatur respectu appellationis, quae à iure indulgetur expressè, & n. 23.
- 22 Et quando appellatio dicatur à iure expressè indulgeri.
- 23 Clausula, appellatione remota, non impedit appellationem ubi manifestè quis gravatur.
- 24 Appellatio latens frivola inhibetur à iure, sed non à Iudice, quamvis falsitas lateat.
- 25 Index datus cum clausula, appellatione remota, an hodie teneatur deferre appellationem ex causa probabilis, quae à iure non indulgetur expressè, & an hoc sit correctum per c. Ut debitas inf. cod.
- 26 Intellectus c. Eloceri de rescriptis.
- 27 Appellatio ex causa probabilis non expressè in iure non suspendit jurisdictionem iudicis procedentis appellatione remota, quin possit sententiam exequi.
- 28 Fallit in tribus casibus hic expressè.
- 29 Clausula, appellatione remota, effectus obediendi, remittit.
- 30 Clausula appellatione remota, nihil operatur de consuetudine si opponatur in litteris Executorialibus, quae expeditur per Contradictas; sicut si in litteris Commissiis.

Limitat conclusionem superius firmatam gloss. 1. in l. fin. 7. C. de sent. & interl. omni. jnd. ut procedat tantummodo in appellatione à sententia definitiva, sicut in appellatione ab interlocutoria, quam removere possunt etiam inferiores iudices in subdelegatione causarum, & illam gloss. sequitur, & extollit ibi Bart. n. 4. dicens neminem posse nisi suum Principem committere causam appellatione remota à definitiva, sed bene ab interlocutoria; & subdit de hoc esse ibi casum notabilem. Hanc etiam limitationem dicit esse mirabilem Abb. hic d. n. 4. vers. Vide ad praedicta.

Contrarium tenet idem Bart. in praesalleg. §. fin. n. 2. ubi concludit iudices, nec à definitiva, nec ab interlocutoria posse appellationem removere. Idem tenent Alber. in d. l. fin. in pr. C. de sent. Praep. hic n. 13. vers. 2. casus, & Dec. n. 11. Probatur hae opinio duplici fundamento. Primum est, quod adducit Bart. nempe quia hoc esse tollere jus Superioris, ad quem appellatur, quod non potest inferior, arg. l. pen. ff. de aqua pluvi. arce. de est text. optimus in c. Venientes de iure. Alterum fundamentum est, quia cum iudex non possit non deferre appellationem legitime, ut notat Abb. in c. De priore sup. eodem, consequenter nec potest hanc facultatem alteri subdelegare, c. Nemo potest plus juris, de reg. jur. lib. 6. Et ita tenens. Non obstat textus in d. l. fin. C. de sent. Quoniam intelligi debet de appellatione frivola, quam iudex potest removere in subdelegatione causae secundum Bart. in d. §. fin. & ad obiectum Abbatis, quod secundum hanc intellectum illa lex esset supervacua, quae tamen videtur edita cum magna solemnitate; respondeo ut hic per Dec. n. 11. post Alber. in d. l. fin. in pr.

Secundo nota in vers. Not igitur attendentes, clausulam 8 ut eumque odiosam, & restringibilem appositam in rescripto ita esse intelligendam, ut aliquid operetur ultra jus commune. Clausula enim, appellatione remota, est valde odiosa, quia appellationis remedium, nec Diabolo denegandum foret, si esset in iudicio, ut dixit Rota dec. 16. n. 3. de dol. & contumac. in nov. per textum in c. Cum inter supra de except. & c. Cum fiscali infra eodem; & tamen quia si intelligeretur de appellatione frivola, nullus esset effectus, cum talis appellatio jam remota esset de iure antiquo, ut notatur in c. Ad Romanam, & c. seqq. 2. q. 6. Ideo intelligitur, ut locum habeat etiam in appellatione legitima, ut sic aliquid operetur ultra terminos juris communitatis, ut hic patet. Frustra enim precibus impetratur quod de iure communi competit, ut leg. 1. quod de Thefor. lib. 10. & l. 1. §. quod beneficium ff. de municipal. & notat gloss. 1. in c. 1. supra de rescriptis. & ita ex hac littera deducit Abb. Anriq. num. 5. quem sequuntur communitati Doctores. Unde Baldus num. 2. similiter colligit ex textu expressionem ejus, quod tacite inest, habere aliquid augere; allegat concordantem leg. 3. C. si pend. appellat. mors interven. & Butr. nam. 3. notat clausulam privilegiam sonantem contra jus in dubio debere intelligi, ut in aliquo detrahat juri, vel

C.

De Appellat.

c. Pastoralis.

addat: ad hoc b. Si Papa, de privileg. lib. 6. leg. Si quando, C. de inoff. testam. & in d. l. 1. in fin. ff. ad municipal. sequitur Abbas de iure in 2. notat. Quod nota perpetuo profuturum, ut hic per Bald. n. 3. Facit quod nota Dnus conf. 32. Quae nota talis est, Ordinum in iure. & per totum, ubi pluribus innotat statum debere interpretari, ut non sit de casu indubitabili, & à iure communi deciso. Idem voluit Federicus de Denis conf. 109. Quae nota n. 2. vers. Nec est verisimile, cum enim, inquit, lex debeat esse utilis & necessaria, c. Erat autem lex q. d. ff. quam utilitatem sequimur si solum jus communi continet; ut quid membranas occupet; Eadem theoricam possit Bart. in leg. 4. §. Praetor sit num. 15. ff. de damn. injec. ubi dicit statum debere intelligi; ut aliquid addat juri communi, quia alias nihil operaretur; & sequuntur Roman. conf. 83. Licet iure communi n. 2. vers. Nec praesente sententia, Alex. conf. 196. Perseclis n. 2. lib. 6. & alibi passim Doctores. Quin imò secundum Abb. hic n. 2. vers. Et ad id praedictum: & Praep. n. 3. vers. Et idem infert, quando dispositio statuti esset proflus inutilis intelligendo verba, ut jacer, debent verba impropriari, ut aliquid operentur; licet dispositio sit odiosa & punialis, ut singulariter probat textus in c. Si sententiam in iure, de sent. excomm. lib. 6. Et idem voluit hic Baldus, dicens de hoc esse textum meliorem de iure in l. Haec dibus, §. fin. ff. ad Trebell.

Tertio notat ibi, Et si non fuisse inhibita, appellationi frivola deferendum non esse, licet appellatio in rescripto non sit remota; & est ratio, quia cessat causa finis appellationis, quae fuit ad removendum gravamen, ut c. Suggestio in supra eodem Frustratoris autem appellans non cenetur gravatus, ut hic per Praep. in 1. notat. de quo latius dicam infra n. 20.

Quarto nota ex textu per clausulam, appellatione remota, prohiberi appellationem probabilem, & ex iusta causa inter expressa, ut hic est casus secundum omnes, qui non reperitur alibi. Sed an hodie hoc sit correctum per Decretalem, Ut debitas infra eodem plene dicam infra in gloss. 1.

Ultimo nota ibi, gravamen huiusmodi per Superiorem potest emendari. Quod etiam clausula, appellatione remota, tollit appellationem legitimam, & expressè, tamen si iusta sit causa gravaminis, poterit gravatum adire Superiorem etiam per modum appellationis: nam est aliquid, praeterim Host. n. 1. in fine, vers. Aut ex causa non expressè in iure, & Joan. Anriq. num. 4. in ver. Emendari, magis probaverint intellectum, ut hoc casu gravatus adire possit Superiorem per viam applicationis, seu querelae, arg. l. 1. ff. de offi. Praefec. Praetor. juncta Authent. Quae iustitiam, C. de precib. Imperat. oserven. & c. Tum ex littera, cum ibi notatis, supra de integ. rescriptat. Venor tamen intellectus habet, ut id liceat etiam per viam appellationis, ut clarè innuit haec littera dum dicit, sed si appellans fuerit gravatus, poterit gravamen huiusmodi per Superiorem emendari; & sic aperte supponit eum fore audientem per viam appellationis: non enim diceretur appellans, nisi appellaret, ut inquit Abb. Anriq. n. 3. in eodem munem Abb. n. 15. vers. Sed opinio. Hanc etiam intellectum commune esse attestat Praep. num. 6.

Quod si obijciat, Quid ergo operabitur clausula, appellatione remota, si etiam in casibus non expressis in iure gravatus poterit appellare? Resp. haec appellatio non operabitur respectu iudicis à quo, sed respectu iudicis ad quem, ut sic devolvat negotium ad eum, sed non suspendat jurisdictionem primi iudicis, ut hic declaret Butr. n. 2. & n. 5. vers. Alius est effectus, & Abb. n. 9. & hoc intendunt Abb. Anriq. n. 5. Host. n. 2. vers. Tu dicit expressè, & n. 4. in ver. Injuria, Joan. Anriq. eodem n. vers. Ex hoc secundo, dum dicit iudicem à quo, non teneri hoc casu appellationi deferre, docentes practicum, videntur ut iudex tradat libellos, seu apostolos reformatos, in quibus expressim; & idem non detuli, quia causa non erat expressa in iure, & appellatio remota fuerit in rescripto, ut cap. Cordi, §. 1. infra eodem lib. 6. Qui intellectus poterit etiam confirmari ex eo quod etiam Concilium Trid. in multis casibus removit appellationem, puta in causa visitationis & correctionis; & ante definitivam, ut in capite. 1. sessione 13. & capite 20. sessione 24. & tamen Sacra Congregatio ejusdem Concilii interpres declaravit in illis casibus esse inhibitam appellationem ad effectum suspensionis tantum, sed non devolutivam, ut scripi plenius in cap. Super te ille secundo num. 1629. & 30. supra eodem; & ita te habet illius Curia, ut hic attestat Collectar. num. 1. ubi ait Curiam tenere, ut clausula appellatione remota: quoad partes nihil operetur, quominus semper ex causa iusta possit appellari; sed bene quoad Iudicem, ne teneatur deferre; & ita removit appellationem suspensionivam, sed non devolutivam. Hinc autem resultat notabilis effectus; nam est appellatio admissibilis ad utrumque

Fagnan. in II. Lib. Decretal.

effectum suspendendi jurisdictionem Iudicis à quo: ita ut quidquid sit per ipsam post interdictam appellationem, revocari debeat tanquam attentatum, ut cap. non solum infra appellationi deferre; & sic inhibita est appellatio suspensiva, sed non devolutiva; nam tunc gravamina per ipsam illata post appellationem non revocantur per viam attentati, sed per viam querelae; cum illius jurisdictionis non sit suspensa, ut hic bene per Abbatem dicto num. 15. vers. Et intellige; & latius dicam infra num. 30.

In glossa prima quarto: an clausula, appellatione remota, hodie aliquid operetur & quid.

Ad evidentiam praemisso quod spectat ad rem praesentem 19 quatuor esse species appellationis secundum Petrum de Campione & Abbatem antiquum hic num. 2. & Joannem Andream num. 5. Prima est manifestè frustratoria seu frivola, veluti cum quis appellat à Sententia super notorio crimine, vel de quo in iudicio confessus est: ut cap. Romana, §. Si autem post sententiam infra eodem libro 6. Secunda est latens frustratoria; ut cum appellatur ex causa legitima, sed non vera: puta si quis appellat, quia tunc ultra duas dietas extra Diocesim: quod tamen non est verum, ut cap. Olim supra de except. Tertia est latens probabilis, veluti cum appellatur ex causa probabilis & vera: non tamen expressa in iure, ut in dicto cap. Romana, §. Quod si obijciatur. Quarta est manifestè probabilis, veluti cum appellatur ex causa expressa in iure: cuius veritas est notoria, ut patet in cap. Accedens ille secundo supra ad lite non contestata & in capite Cùm Romana de Officio Delegati cum concordantibus, de quibus infra num. 23.

His praemissis ad aperendam quaestionem veritatem, ante omnia excludam casus non dubios & erit bonus modus solvendi ne sit prolixus distinctio, ut docuit Joannes Andreas in cap. Cùm sunt partium num. 8. vers. Ad attendendum de regalis Juris lib. 6. in Mercaria.

Primum igitur extra dubium est clausulam, appellatione remota, nihil operari respectu primae species appellationis: licet manifestè frustratoriae, quia tali appellationi nec Iustitia deferretur nec est à Iudice deferendum: etiam si appellatio in rescripto non sit inhibita, ut hic patet aperte in versibus Nos igitur attendentes & in cap. Cùm appellatioibus infra eodem lib. 6. & notatur in cap. Ad Romanam, ille primo 2. quae ff. 6. atque ita haec species appellationis semper inhibetur à Iudice & à Jure, ut inquit Abbas Antiquus dicto num. 2.

Similiter extra dubium est hanc clausulam appellatione remota, nihil operari respectu appellationis quartae species: quae scilicet à Jure indulgetur expressè, ut hic est casus secundum Joannem Andream & omnes in summa. Unde talis appellatio secundum Abbatem Antiquum semper admittitur à Iudice & à Jure. Ad hoc autem ut appellatio dicatur expressè à Jure indulgeri: non requiritur ut Jus permittat appellationem in eo casu in quo remota est appellatio in rescripto juxta terminos, cap. Ex parte de cap. Postremo supra eodem & cap. Ex questione, supra de restitutione spoliationis, ut patuit glossa 1. hic: quae nimis restrinxit dispositionem huius Decretalis. Sed satis est ut appellatio sit expressè in Jure approbata: licet Jura non loquantur in casu appellationis in rescripto inhibita secundum Hostiensium num. 3. in vers. Tu dicit expressè cum quo transeunt communiter Doctores, ut testatur Abbas num. 14. exempla patet in cap. Significavit supra eodem, in cap. Rodolphus & cap. Significavit supra de rescriptis. in cap. Exhibita de iudic. 23. in cap. Dilecti, cap. Dilecti & cap. Significaverunt de except. & in cap. Significavit supra eodem. In his ergo de consimilibus casibus in quibus Jura expressè indulgent appellationem: nihil operabitur clausula appellatione remota. Et est ratio secundum Abbatem num. 14. quia ex quo Jura permittunt expresse appellare: gravamen censetur notorium, cap. Secundo requirit supra eodem & est textus singularis in dicto cap. Ex questione de restitutione spoliationis, ubi glossa penultima ex eo textu colligit remotionem appellationis in litens non impedire, appellationem ubi manifestè quis gravatur, quam glossam secutus est Rota apud Patum, de cetero. 4. 14. libro tertio.

Rursus extra dubium est appellationem secundae species, scilicet latens frustratoriae, etiam in rescripto non sit remota appellatio, non esse admittendam ubi constat de fallitate causae. Ratio est, quia tunc delinuit esse latens frustratoria & transit in primam speciem manifestè frustratoriae: quae semper rejicitur, ut dictum est supra in prima specie num. 20. Porro etiam causam in appellatione exprimentandam, nedum esse probabilem sed etiam veram, ut cap. Interfusa supra eodem; & dixi in cap. Super eo, ille secundo num. 24. supra eodem; & dixi in cap. Super eo, ille secundo num. 24. supra eodem; Sed antiquam consistit de fallitate causae, quamvis huiusmodi appellatio non admittatur à Jure à quo nulla fallitas approbatur: tamen admittitur à Iudice secundum Abbatem Antiquum; atque ita haec appellatio latens frustratoria, quamvis non appareat fallitas respectu Iudicis, regulatur penitè ad si effectus latens probabilis. Undè in solutione quaestionis omnia appella-

B.

litione latenter frivola : agemus tantum de tertia specie latenter probabilis, sub qua respectu Judicis includitur latenter frivola. Quia ratione & Innocentius hic num. 1. posuit tres tantum species appellationis: videlicet frivola, cui nunquam est defendendum & expresse concessam à Jure. cui semper est defendendum; & mediam, ut cum quis gravatur in casu in quo appellatio non est à Jure expresse concessa: veluti si denur dationes vel nimis brevès, vel non tot quot sufficiant.

Demum extra dubium est, non obitante clausula appellationis remota: appellationem probabilem quæ à Jure non indulgetur expresse, admittendam esse ad effectum devolutivum quia talis clausula appellationem devolutivam non tollit, ut dixi supra in ultimo notab. num. 15.

Quibus ita constitutis, dubium ad hoc restringitur: videlicet an Juxta datus cum clausula appellationis remota, teneatur deferre appellationi probabilis & ex justa causa interposita: quæ tamen à Jure non indulgetur expresse.

Glossatores hic & in cap. Ut debitas infra eodem & alibi ubicumque attingunt hunc articulum, communiter in ea sunt opinione, ut hodie clausula appellationis manifeste frivola & respectu appellationis quæ expresse indulgetur à Jure: hoc est clarum. Quo vero ad appellationem probabilem moventur, quia prædicta clausula non tollit appellationes in Jure expressas, ut hic dicitur. Sed hodie in Jure expressum est, ut licet appellare ex quacumque causa probabilis: ut in dicto cap. ut debitas infra eodem. Ergo hujusmodi clausula non tollit appellationem ex quacumque causa probabilis interpositam. Atque ita in effectu glossæ sentiunt hanc Decretalem esse correctam per illud caput Ut debitas; & consentit Innocentius hic num. 1. vers. Sed hodie remota est hæc Decretalis & in dicto cap. Ut debitas, dicens hoc esse tenendum, licet alii aliter somniaverint. Et pro hac opinione videtur textus in capite Edoceri supra de rescriptis, ubi quavis inhibita sit appellatio: tamen potest ex rationabili causa appellari.

Sed his non obstantibus in oppositum est magis communis opinio quam tenent hic Abbas Antiquus num. 3. & 4. Host. num. 8. vers. Sed si bene advertas. Joannes Andreas num. 13. Collectat. in principio. Bellamera num. 3. in 2. & 3. quæst. Butrius num. 5. & 7. & communiter Doctores sequentes, ut testatur Abbas Siculus num. 8. & sequitur Philippus Franch. col. 3. vers. Sit ergo conclusio: dicens ita residere communiter omnes Doctores hic, ut in dicto cap. Ut debitas. Hæc igitur sit conclusio, ut Juxta procedens cum clausula appellatione remota, non teneatur deferre appellationi ex causa probabilis interposita quæ in Jure expresse non approbatur; & hoc caput non sit correctum per Decretum Ut debitas, quod evidenter probatur triplici consideratione. Prima consideratio est, quia textus in cap. Inquisitioni infra eodem: qui emanavit post Decretalem Ut debitas, decidit clausulam, appellationis remota in medio litterarum appositam referri ad precedentia, quibus annexitur; non autem ad sequentia. Quod utique illi textus non fecisset, si hujusmodi clausula post caput Ut debitas nihil operaretur. Secunda consideratio est, quod illud caput Ut debitas non loquitur de appellatione interposita à Sententia definitiva; sed ab interlocutoria tantum. Hoc autem caput loquitur indefinite & sic de appellatione, tam à definitiva quam ab interlocutoria. Ergo non est verisimile ut illa Decretalis voluerit hanc corrigere indistinctè. Tertia & validior consideratio est, quia prædictum caput Ut debitas, non loquitur in Jure dato cum clausula appellatione remota; hic vero deciditur casus in quo specialiter remota est appellatio in rescripto. Ergo (ut verbis Hostiensis utar) quæ necessitas, quæ utilitas, quæ justitia, quæ ratio: imò potius quæ infamia est, ut questionem specialem tam seriose, tam rationabiliter cum distinctione hic solutam per illam generalem Constitutionem cogat dicere abrogatam? Nec est hæc sana doctrina secundum quam species per genus detrahatur: imò potius edocemur in omni parte Juris generi per speciem derogari, lege In toto ff. de regulis Juris; & notatur in cap. 1. ad finem supra de rescripto & in cap. Studuisti, §. 1. in principio de Officio Leg. Ita Hostiensis, cujus verba transcripserunt Joannes Andreas num. 13. Bellamera in 3. quæst. & alii præcitati.

Non obstat textus in dicto cap. Edoceri de rescriptis, quia

dum decidit à Sententia Judicis procedentis appellatione remota: posse appellari ex rationabili causa, intelligi debet, id est in Jure expresse, ut sic illa Decretalis declaratur per illam ut lege Non est novum cum legibus sequentibus, ff. de Legibus secundum Hostiensium hic num. 2. in verbo Expresse & Joannem Andream eodem numero & verbo.

Ex his habes primum effectum hujus clausule, appellatione remota, quia tollit omnem appellationem: quæ expresse non reperitur à Jure concessa, ut fuscè ostensum est supra.

Secundus effectus est, quia Juxta à quo non tenetur hujusmodi appellationi deferre, ut similiter patet ex dictis: unde & poterit Sententiam suam executioni demandare, ut colligitur ex cap. Pastoralis, §. Præterea de Officio Delegati; & hic notat Abbas num. 9. cum enim appellatio aliàs suspendat jurisdictionem Judicis à quo: hunc effectum tollit clausula, quia jurisdictione non suspenditur: etsi Juxta à quo deferat appellationi; vel nisi fuerit inhibitus à Jure ad quem, ut cap. Romana de appell. lib. 6. vel nisi Superior deliberet de appellatione admittenda; tunc enim primi Judicis jurisdictione suspenditur ab eo tempore quo ex certa scientia appellationem admittit, ut dicto §. Præterea & notat Butrius hic num. 5. vers. Primum enim appellat.

Tertius effectus qui ex præcedenti consequitur est, quia Juxta non deferens appellationi quantumcumque probabilis non incidit in poenam, cap. Decretum 2. quæst. 6. ex quo appellatio à Jure non indulgetur expresse; hoc enim facit Jura autoritate: unde Principis Majestatem non contemnit nec peccat, cap. Qui peccat 23. quæst. 4. & lege Græchus, cod. ad legem Juliam de adult. secundum Hostiensium hic num. 9. Butrius numero tertio, versiculo Ex hoc secundo & Abbate num. 10.

Quartus effectus est, quia cum innovata post appellationem interpositam ante omnia revocari debeant per Judicem appellationis tanquam attentata, ut cap. Non solum infra eodem lib. 6. hoc operabitur clausula, appellationis remota, ut non revocentur per viam attentati vel nullitatis; & ita tenent omnes teste Franch. hic col. & Puteus decis. 328. in primo libro 2. Quoniam cum jurisdictione Judicis à quo, non sit suspensa, processus non est irritus: nisi in casibus quos posui supra proxime in secundo effectu. Per Superiorem tamen poterit revocari per viam querelæ, ut concludunt Hostiensis num. 9. vers. Quartum quod si pendente, Joannes Andreas num. 4. in verbo Evidentiari, Butrius num. 5. vers. Tertius effectus, Abbas n. 11. & plerique alii.

Hi sunt præcipui effectus clausule, appellationis remota. Sed in universum Philippus Franch. hic col. 3. circa medium, versiculo, Operatur ergo primo: prosequitur septemdecim effectus, quos prædicta clausula operatur; & octodecim præpositus numero 32. versiculo Succedit tertia quæstio principalis.

Adverte tamen ad id quod idem præpositus dixit num. 22. videlicet de consuetudine clausulam, appellationis remota, nihil operari allegando Hostiensium in summa de Officio Delegati, §. Quod sit ejus Officium, vers. Quod autem hæc clausula, Speculator eodem titulo, §. In quibus, vers. Ego dico, Lapsus alleg. 128. Angel. in lege finali, cod. de sent. & interlocr. omnium Judicum & Butrius hic circa finem. Adverte, inquam, ne decipiaris; quia hoc intelligi debet quando hujusmodi clausula apponitur in litteris executoriis quibus expediuntur per contra dictas: ex quo dantur sine aliqua cognitione causæ & passim in omnibus clausula apponitur; & hoc casu tenenda est opinio Hostiensis ubi supra, nam ut ait Baldus hic n. 2. oppos. cum hodie dicta clausula apponatur potius de Jure generali (intellige in litteris executoriis) quam de ministerio speciali, sonat potius in quamdam monitionem: ostendit ut non destruat appellationi frustratoria, quod quod in aliquo deroget & Juri communi. Hæc Baldus. Secus vero si dicta clausula apponatur in rescripto commissionis, quia cum Princeps vel Signatura talem clausulam non apponat: nisi cum causæ cognitione: tunc bene operatur effectus suo. Ita singulariter declarat Rota apud Puteum decisione 328. incipiente In una Hispal. lib. 2. de quo dic latius, ut scripsi in cap. Studuisti in prima quæstione, numero 40. supra de Officio Legati.



DE APPELLATIONIBUS.

Honorius III. Decano Cancellario, & Cantori Linconien.

CAPUT LXII.

Cum causam, quæ inter Abbatem & fratres de Valle sancti Joannis ex parte una, & Priorem & Canonicos de Novo loco ex altera, super Ecclesia de Holisteth veritum, R. sancti Angeli Diacono Cardinali commiserimus audiendam: & infra. Procurator prædictorum Prioris & Canonicorum proposuit, quod cum coram subdelegatis judicum delegatorum inducias ad proponendum exceptiones dilatorias petisset: quia advocatus ipsius ductus errore respondit, quod Ecclesia de Novo loco, Ecclesiam, de qua erat quæstio, per quadraginta annos & amplius pacificè possederat, licet ipse eadem die advocati errore corrigens, ipsius responsum, quæ suæ petitioni contradicere videbatur (ne per eam aliquid sibi posset præjudicium generare, pro eo quod ante litis contestationem sunt exceptiones dilatoriæ proponendæ) coram eisdem judicibus revocavit. Judices tamen per hujusmodi responsum erroneam advocati, litem contestatam fore credentes, ad receptionem testum partis alterius processerunt: & infra. Mandamus, quatenus si dicti Prior & Canonici legitime probaverint, quod per Procuratorem ipsorum eadem die advocati responsio extiterit revocata, quia sic per consequens lis contestata non fuit: vel quod delegati testes receptos à subdelegatis subdelegatorum suorum approbaverint: cum nonnisi delegatus à principe causam alii valeat delegare, quiddam ab ipsis post appellationem eorum factum est (dummodò hæc in appellatione ipsa expressa fuerint) nuntietis irritum & inane.

SUMMARIUM.

- 1. Advocati confessionem eadem die revocantam, si Juxta veli habere pro lito commisso vel processum subdelegati ratificet: ab eo licet appellatur.
- 2. Delegatus ab aliquo quod à Principe, non potest causam alteri delegare.
- 3. Delegatus ab inferiore à Principe ad universitatem causarum potest unam causam subdelegare.
- 4. Delegatus ad universitatem causarum Ordinarius æquiparatur & num. 15.
- 5. Et idem potest quod Ordinarius. Et ab ejus sententia non appellatur ad Delegatam; sed ad Superiorem ipsius Delegatam, num. 7.
- 6. Ordinarius dicitur, cui causarum universitas est commissa.
- 8. Auditor Nuntii, an possit cognoscere causas ad Nuntii forum pertinentes: quatenus non habeat requisita c. Statutum de

- refer. l. 6. & Conc. Trid. c. 19. f. 24. & n. sequenti, in finem.
- 9. Auditores Nuntiarum non possunt cognoscere causas appellationum à Sententia Episcopi vel ejus Vicarii in criminalibus lata.
- 10. Et Sententia ob eis lata in causis appellationum, hujusmodi non sustinetur ex communi errore.
- 11. Auditores Legatorum, an habeant jurisdictionem ordinariam vel delegatam & num. sequ.
- 12. Legati æquiparantur Proconsulibus Provincialium. Legati Proconsulibus delegatam habent non ordinariam jurisdictionem, ibidem.
- 13. Auditores Legatorum, an censentur Ordinarii: licet causas cognoscant ex delegatione speciali.
- 14. Ordinarius ex speciali commissione non efficitur Delegatus.

Cum causam. Si Juxta confessionem Advocati eadem die revocantam pro lite contestata velit habere, vel processum à subdelegato factum ratificet, ab eo licet appellatur. Hoc dicit secundum Joan. Andr. & omnes. In glossa in vir. Delegatus circa finem, vers. Et quod dicitur. Nota bene hæc glossam, quia etsi Delegatus ab alio, quam à Principe non possit causam alteri delegare, ut dicitur hic in textu circa finem: tamen ut dicit gloss. hoc intelligitur de eo qui est Delegatus ab inferiori à Principe ad unam causam tantum: scilicet vero si ei esset delegata universitas causarum, quia tunc bene posset unam causam alteri subdelegare, leg. Cum Prætor §. 1. ff. de Judic. leg. Legatus, secundum unam lectionem, de qua ibi in gloss. unic. ff. de off. Proconsul. & Legat. & voluit Barr. in leg. More n. 11. ff. de Jurisdic. omnium Judic. dicens id committere teneri & pondera rationem in gloss. nostra expressam, quia talis Delegatus ad universitatem causarum quasi Ordinarius videtur: & cum gloss. concordant hic Hostiens. n. 3. Joann. Andr. num. 6. Butr. num. 11. vers. Hæc vero dicit: & re-

liqui omnes; & sic non est verè & propriè Ordinarius, sed Ordinarius similis, ut per Jalon. in dict. leg. More n. 19. circa medium, vers. Et idem respondendo & tenet umbram Ordinarii, ut inquit Butr. ubi supra; & Ordinarius & Delegatus ad universitatem causarum æquiparatur gloss. 1. in l. fin. Cod. de Judic. Barr. in dict. leg. More n. 5. vers. Venio ad fin. ff. de Jurisdic. om. Judic. & ibi etiam Jalon. dicto n. 19. Alexand. eo ff. 12. Viso processu n. 4. lib. 6. Felin. alios cumulans in c. Qualiter & quando, il. primo n. 47. de accusat. Bald. in leg. si ut proponit la prima, num. 16. Cod. quomod. & quando. Jud. ubi ait Delegatus ad universitatem causarum, cum remanet in essentia Jurisdictionis universalis, idem posse quod Ordinarius. Quin imò gloss. appellat eum Ordinarium in c. Statutum, ff. Insuper in verb. Moderatas, de refer. lib. 6. prout illam gloss. ad hoc ponderat Jalon. loco citato. Item Specul. in tit. ff. Off. Ordinar. n. 2. ait Ordinarius dicit eum universitatem causarum esse commissa; & idem dicit Petr. de Anch. in c. Licet iudicet col. 2. ad finem, vers. Nec mirum, de off. Deleg. Quo fit, 7 ut à sententia Delegati ad universitatem causarum non ap-